Alii autem qui imitabantur Anaxagoram et Democritum dixerunt quod galaxia est lumen mutuatum a sole quibusdam stellis et huiusmodi dicitur lumen illarum stellarum. Non enim isti quod radius solis non incidit omnibus stellis: sed potius propter terre interpositionem retrahitur a quibusdam: et ideo cum occidit in occasu retrahitur a stellis que sunt in oriente et sic deinceps semper retrahitur ab his que sibi opponuntur et non sequuntur eas sed incidit quibusdam stellis non a sole tamen distantibus: et ubi incidit in circuitu lumen diffundit sicut quando radius solis venit per fenestram et incidit in terram lumen a radio solis diffundit in circuitu illius terre cui incidit radius: ita quod efficitur luminosa: ita etiam circa stellas quibus incidit radius solis in circuitu celi diffundit lumen radioz et illuminat partes orbis in circuitu illarum stellarum et illud lumen vocatur galaxia quod fit ex lumine appropinquante illis stellis: hec autem positio videtur ponere quod terra sit maior sole secundum vulgarem opinionem: quod aliter radicem non haberet: tunc enim umbra terre esset tendens in altum et impediret quasdam stellas sibi oppositas a consecutione radii solaris et quasdam non impediret. Dico autem iterum quod istud stare non potest: quod galaxia esset lumen diffusum in loco ubi determinantur radii solis ad quas stellas prius orbis minus distantes quam sit dimidius orbis: tunc cum recedit sol de loco ad locum recedit etiam lumen diffusum a loco ad locum: ergo galaxia non stare: sed mutaretur de loco ad locum: et hoc non videmus cum ipsa sit super sagittarium et circa partem geminorum et interfecter zodiacum. Adhuc autem signatio fit de falsitate sermonis illius: id quod probatur in scientia astronomica de mensura quantitatibus solis et terre: quod probatum est quod sol est maior terra: sicut et alie stelle etiam propter lunam et mercurium maiores sunt quam terra. Sed cum ita sit quod luminare maius opponitur corpori minori opaco radii luminari intersecant se post umbram opaci et illuminant totum mercurium quod quod est post umbram quod minus est opacum quantum luminosum tendit in acutum. Comptur etiam autem prout geometrias quod umbra terre non porrigit nisi usque ad speram mercurii ita quod stella mercurii est extra umbram terre ergo radius solis sequitur omnes stellas que sunt in spera mercurii et supra: non ergo retrahitur a

Bybo

W

quibusdam nec in loco ubi incidit diffundi lumen quod sit galaxia.

Capitulum quartum de dicto eorum qui dixerunt galaxiam esse reflexum lumen ab aere ad speram stellaram.

Terunt autem alii qui dixerunt quod galaxia est lumen quod redditur orbi stellato reflexum in ipsum ab aere humido qui est sub ipso: et huius simile ponunt in speculo: quod sicut nos videmus quod facies illuminata ipsi in speculo opposito: et propter hoc quod speculum est tersum et politum reflectit in facie aspicientis: et ita lumen stellarum orbis impressum aeri humido qui est sub ipso: et quod corpus humidum reflectit habet formas sibi impressas: ideo aer ille reddit lumen stellarum orbi stellato: sicut apparet cum radius incidit in vas cum aqua: tunc enim statim reflectit ex opposito in parietem: et eandem dicitur esse causam stelle que dicitur cometes. Dico autem quod iste sermo istorum est error: quod nos videmus quod omne lumen repercussum siue a speculo vel a superficie corporis humidum super quod incidit radius corporis luminosi semper repercutitur ad oppositum situm corporis luminosi a quo incidit radius sicut apparet in radio incidere in vas aque. Repercutitur enim ad oppositum radius solaris: et etiam repercussus movetur de loco ad locum ex duplici causa. Si enim corpus reflectens ipsum moveatur tunc lumen repercussum movetur in certo motu secundum motum superficie speculi vel aque que repercutit lumen. Si autem superficies corporis reflectentis radii incidentem requiescat: tunc adhuc repercussum movetur ad motum luminosi corporis a quo incidit radius eo quod semper est ex opposito eius: ergo si galaxia tale lumen est tunc ad motum aeris reflectentis debet moveri et etiam ad motum stellarum quibus incidit lumen primo ut sit semper ex opposito ipsorum reflexionum ab aere: et hoc non videmus: quod galaxiam videmus in uno loco: semper etiam si a ceteris locis aspiciamus eam siue videamus eam in nocte siue in die: quando contingit nos eam videre. scilicet in mane in vesperis quod ipsa nunquam recedit de loco suo.

Improbatio huius opinionis

Capitulum quintum de galaxia secundum veritatem:

Et premissis autem declaratum est: quod galaxia non est de motu stellarum mobilium que planete dicuntur: que ibi cohererunt orbe vel in quibus diffundit sol lumen suum ubi retrahit hoc ab alijs stellis: et declaratum est etiam quod non est lumen reflexum sicut dicitur ultima opinio. Dicimus nunc quid est galaxia secundum veritatem. Nihil aliud autem est galaxia nisi multe stelle parve quasi contigee in illo loco orbis in quibus diffinitur lumen solis: et ideo videtur circulus albescens quasi fumus. ignis autem qui est iuxta orbem et de na

b

non quod omnes planete sunt maiores tota terra propter lunam et mercurium.

no quare ignis
no impedit nos
Abisi galaxie.

rura lucidi non lucet: et ideo est perspicuus et est
inflammatus hoc est vltimus: et ideo cum sit rarus
perspicuus non impedit visus nostros a consecra-
tione luminis illius: quia clare venit per ignem
sicut etiam inuratio facta ab alijs stellis. Sunt
etiam inter eas quedam magne stelle intermixte
que distincte videntur unde cum lumen illarum
stellarum cum lumine in eis diffusum procedit ex il-
lo loco orbis inflammato et ignito sine obsta-
culo videtur lumen oblongum. Dicitur autem
orbis inflammatus et ignitus non essentialiter
sed ab effectu qui inflammat et ignit: ille etiam
stelle fixe sunt in orbe: ita quod quedam tangunt ali-
as et suscipiunt splendorem a sole et in super lumen
earum in se diffundit et ab una ad alteram diffu-
sum continuatur: et hec est causa quod galaxia vi-
detur in loco vno orbis octavi non recedens
ab eo: precipue quia in eisdem imaginibus sem-
per videtur: venit enim a partibus geminorum
et regit per principium sagittarum in geminos
unde licet mutet spacium sicut et cetera stelle
fixe non tamen mutat imagines radiacose au-
tem galaxie simile est stellis comatis in hoc: quod
cum generantur in suis locis lumen ignis sepat
et diuariat lumen earum sicut fit de lumine ga-
laxie: quia sicut lumen galaxie diffusum lumen
est in orbe vbi sunt stelle fixe spisse: ita lumen
ignis in vapore ignito diuariat et oblongum
efficit et hoc sepat lumen solis abscondendo a vi-
sibus nostris sicut abscondit galaxiam.

Capitulum sextum et est digressio declarans esse
galaxie formam figuram et locum et causas eius.

Tende autem hic quod sicut dicit prole-
meus in almagesti libro. viij. c. ij. cir-
culus qui dicitur galaxia est duplex
circulus et est vnus quasi inter alium: et ille qui est
inter primum videtur incipiens a pedibus ge-
minorum et regit in geminos per principium sa-
gittarum: et alter est supra illum non vbius diuersus est
ei: sed in aliquibus partibus iunctus est et in
aliquibus diuisus ab eo: et iteque ille exteri-
or circulus non videtur omnino continuus a pun-
cto aliquo in punctum idem: sed in multis locis
videtur quasi intersectus. Et si queritur que
sit eius causa efficiens et que materialis sicut
solum dicendum quod causa eius efficiens in parte sunt
stelle multe parue que sunt in illo loco orbis: et ha-
bent insertas magnas quasdam distinctas et il-
le diffundit lumen suum super spacium in illa par-
te orbis: et alia pars cause efficiens est: cum radi-
us solis incidens stellis illis quasi contiguus:
causa autem materialis que est solum est pars illa
orbis: que spissior est alia parte orbis et ideo re-
tinens et representans lumen solis et stellarum: et ter-
minans visum per eundem modum quo stelle reti-
nent lumen et representant et visum terminant. Et

no quare ignis
no impedit nos
Abisi galaxie.

no quare ignis
no impedit nos
Abisi galaxie.

quomo-
quidam

Sicut
dicitur

huius signum est quod optum est probatio astronomica
quod circulus galaxie mouetur motu stellarum
fixarum hoc autem in certis annis gradu vnus.
Cuius autem est motus stellarum fixarum oportet
quod sit de natura stellarum et hec est sententia pro-
lomei et auicene et aliorum philosophorum et etiam Aristoteli.
Sunt autem quidam moderni partem veritatis con-
siderantes qui dicunt galaxiam esse concursum duorum
luminum. scilicet stellarum paruarum spissarum desuper-
ueniente ignis in sphaera sua lucetis et puricetis
lumen sursum: et concursum duorum luminum in me-
dio vel in supremo esse galaxiam veteres ratio-
ne nulla nisi quod Aristoteli videtur dicere quod ignis
qui est sublimior est inflammatus lucidus: et orbis
est inflammatus lucidus: et ideo dicunt concurre-
re istas duas flamas ad constituendum gala-
xiam: hoc autem esse non potest quia etiam si diceretur
ignis in sua sphaera habere lucem constaret quod illa
multo minor est quam lux stellarum minima aut lux
obuians magne luci obfuscat et absorbet si-
cut apparet in candela obuiante lumini solis.
ergo secum non concurret ad constituendum lumen
aliquod maius. Adhuc autem sicut dicit Alexan-
der plurimique philosophi ignis in sua sphaera non lu-
cet: unde algazel in philosophia sua vbi loquitur de
impressionibus in alto ponens verba Auicene
sic dicit: ignis non est nisi vna tantum ignita: nec
habet lumen sicut nec aer: sed est subtilior eo.
Si enim haberet lumen prohiberet videri stellas
in nocte et faceret lumen super terram sicut ignes
accensi: quod etiam videtur ex hoc quod omne lucens te-
git corpora que sunt post se: sicut fit lucens ca-
lesces celeste sicut stella siue fit ignis sicut flama:
ignis autem in sua sphaera non tegit nobis ce-
lestia corpora ergo non lucet. Adhuc autem quod
sicut dicit Auicena non lucet aliud nisi spissum
unde aer propter sui raritatem licet in se habeat
lumen: non tamen lucet ita quod illuminet et termi-
net visum sicut facit lucens ergo multo ma-
gis lucet et visum terminat ignis in sua sphaera
qui multo est rarior. Adhuc autem nos ra-
tione deprehendimus lumen esse in aere ante
oculos nostros: et tamen aer non lucet nobis pro-
pter sui raritatem: sicut fit cum sol occidit nuper
ad quantitatem vnus signi a nobis: tunc enim
radius solis adhuc sunt in nostro emisferio pro-
quinque signa: et tamen non videmus: nec tene-
bre nostre illuminant eo quod aer est tamen via lucis
et non continens ipsam et reflectens: cum ergo
sit multo rarior ignis nihil continebit lucis:
nec reflectet. Adhuc autem orbis non in lo-
cis stellarum magis sunt de natura lucis quam
ignis et non continent lucem: ergo nec ignis.
Adhuc in inferioribus nos videmus ignes
non lucere nisi in materia aliena. scilicet in carbo-
ne vel in flama que est fumus prius ardens

eo q̄ illa materia spissa est & colligit dyapha
ni partes multas: quia lucens nihil aliud est
vt dicit Zluicēna nisi partes trāsperentes spif
se sibi coherētes & cōtinue sicut apparet in
cristallo: vnde etiā i illa parte flāme que tan
git licinū cādele eo q̄ calidior ē & rarior nō i
uenitur lux & ē trāsparēs: illa vero ps flāme
que alicinio remouet & spiffat frigidō aere
circūstante ibi est lux & illa tegit corpora que
sunt post eā & nō ē puia trāsparēs: ex omni
bus autē his constat q̄ cū ignis in sua sfera
rarissimus sit & tante raritatis q̄ nō pōt esse
maior in materia elementalī ppter qd̄ dicit
ignis subtilissimum corpoz spē ab Aristo. q̄
ignis in sua sfera nō lucet: & signū huius ad
sensum in astronomia acceptū ē: si enim luce
ret tuunc dispareret vmbraz terre & ipediret
qd̄ nō veniret ad orbē lune cū ergo nulla sit
causa eclip̄sis lune: nisi q̄ luna transit p̄ v̄m
brā terre p̄fundius vel altius p̄tingeret q̄ lu
na nūq̄ posset eclip̄sari qd̄ falsū ē: ḡ ignis i
sua sfera nō lucet: & ideo dicit Alexan. q̄ ac
cidit igni lucere egrediēti extra p̄p̄tū locuz
sicut etiā accidit aque cōgelari. Qd̄ autē
Aristo. dicit nō cogit q̄ in eodē simile qd̄ di
cit de orbe qui tū nō ignis nec inflāmat nisi
actiue: quia ē igneus & inflāmās. Unde cuz
dicit de igne qd̄ ē lucidus inflāmatus debet
intelligi q̄ ē de natura lucidi & inflāmari licz
fm̄ actū nō luceat: quia omne qd̄ ē trāsparēs
& de natura lucidi: q̄ si contingat cōstare &
inspiffari partes eius tunc licet plus & min⁹
fm̄ qd̄ ē magis de natura trāsperētis & min⁹
& ideo partes ignis cōstātes lucēt vt in car
bone & carbūculo & partes aeris & aque con
stātes lucēt minus sicut in cristallo & beryllo
Ex dictis patet q̄ vera ē sententia posita su
pra de galaxia: & falsa ē opinio que postea in
ducta ē. Sunt autē adhuc quidā qui dicūt
galaxiam nō esse in orbe stellarū fixarū nec in
aliquo orbū sicut i subiecto: viles asserētes
rationculas dicuntur enī q̄ corpus om̄ino &
vniuersalit̄ actū nō ē in aliqua parte passibi
le orbis autē nō ē huius corpus vnde nō est
corpus passibile. Qd̄ autē a nullo ē passibi
le a nullo ē alicuius forme vel impressiois su
sceptibile ergo nō recipit lumē ab aliquo qd̄
ē galaxia: Ad idem arguit̄ ex hoc q̄ ē mal
terabile corpus ergo nō alteratur lumine qd̄
ē galaxia: vnde etiā determinatum est supra
q̄ nō respicit impressiōes peregrinas. Ex his
& similibus dicūt q̄ lumē istud ē in igne vt in
subiecto cū enī aer habet multas impressiō
nes oportet q̄ ignis habet aliquā quia aliter
esset imperfectū opus nature vt dicūt: sed q̄
alia dicūt nō satis attendunt q̄ luna que de

natura corporis celestis est continue altera
tur lumine & tenebre. Adhuc autem si Ari
sto. verum dicit: omnis stella lumen recipit
a sole: q̄ autē recipit lumē alteratur lumine
accepto: ergo omnes stelle susceptibiles sūt
alterationis talis. Adhuc autem cōstat q̄
nos videmus omnes stellas superiores & in
feriores ergo necesse ē q̄ aliud sit formas ea
rū deferens vsq̄ ad nos supponēdo suppositū
cū Aristo. s. q̄ videmus intus suscipiētes: &
nihil extra mittētes: ergo necesse ē q̄ forma
stellarum superiorū imprimatur & recipiatur
in orbibus inferioribus: & quia volūnt or
bes inferiores necesse ē vt ēt hec forma cor
rūparatur in ip̄is: quia nō generatur in eis nisi
q̄ vbi directe stelle supiorū opponūtur: ergo
forma stelle superioris ē in orbibus inferio
ribus sicut in fieri & corūpi: ergo generatur
in eis aliquid & corūpit in eis aliquid: ergo
alteratur: & ad hoc dicimus q̄ lumē sicut di
ximus ē intērio forme corporis luminosi in
perspicuo fm̄ esse spūale generata: quia si in
tentiōes visibiliū colorū actu lucidi abstrahū
tur oportet q̄ lumē sit abstractū ab esse mate
riali per seipm̄: & ideo vere nō alteratur: ideo
nō sequit̄ si corpus aliqd̄ susceptiuum ē lumi
nis q̄ ppter hoc sit passibile vel alterabile.
Suscipit autē orbis lumē dupliciter. s. vt me
diū differēs & vt vas lucis & luminis: & q̄ i
p̄fundo suscipit lumē & p̄mo quidē modo su
scipit orbis lumē in parte in qua nō lucet se
cūdo autē modo recipit lumē in stellis & in lo
co galaxie: & per hoc patet solutio ad omnia
que isti obijciūt nec opus nature ppter hoc i
p̄fectū ē: quia istud nō ē de perfectiōe ignis
qd̄ generent impressiōes in eo nec ē possibile
q̄ forme generate in eo remaneāt cū sit natu
re p̄sup̄iue & vstiue & cōuertat in suam spēm
omne qd̄ appropinquauerit ei precipue in lo
co in quo vincit semp caliditas sua sicut fa
cit in sua sfera vt supra dictū ē.

Tractatus tertius de comete. Capitulu
p̄mū de errore eoz qui dixerūt cometem eē
cōiunctionem pluriū stellarū.

Quamur autē nūc de come
tis siue de stellis habētibus co
mas & quale ē esse eaz quantū
ad efficientē & formā & d̄rias i
speciebus & figuris eaz. Di
xerūt autē quidā phicoz qui fuerunt a nā de
uij: & sicut dicit seneca in libro de naturalib⁹
questiōibus appollonius etiā fuit de illa sen
tentia q̄ stelle habētes comas sūt stelle mul
te aggregate in orbibus inferioribus q̄ sunt
mobiles sicut planete & nō sūt fixe sicut stel
le octauē spere. Contingit autē omnē pla
b 2

8
nō q̄ luna & stelle alterant

nō quare in igne nō sunt impressiōes

op̄imis Apollonij comete.

ob quo
simp̄

netam omni planete cōiūgi dupliciter. f. vere & nō vere. vere q̄dē quādo vnus eclipsat aliu: & tūc videtur iferior & nō superior. Itō vere autē adhuc dupliciter. f. q̄ sint in eadē parte arcus meridiē: licz se nō cōringāt nec eclipsent: & hoc vocatur in eodē esse meridiōnali sed nō in eodē esse circulo altitudinis. Dicitur autē arcus meridiē incipit & directe vadit super cenit capitis aspiciētes per equinoctialem & regnat per polū meridionalem: circulus autē altitudinis vocatur qui venit imaginabiliter de pūcto oriētis per stellam que aspicitur & regnat per occidētē: vnde sepe cōtingit q̄ duo planete iacēt in eadem linea sine arcu meridiē nō tamē tacēt super eundē arcū circuli altitudinis: quia forte vnus planetarū est magis versus aquilonē & alter magis versus meridiē: & tūc dicūtur iūcti quoad lineā meridiē: sed nō vere eo q̄ nō sūt in vna linea eiusdē circuli altitudinis. q̄nq; autē per motū suū ita pprie sūt in linea meridiē q̄ corpora eorū tangūt se in pūcto vel ita pprie se tangūt q̄ per visum nō potest percipi vtz aliquid de arcu meridiē sit inter corpus vnus & corpus alterius: & tunc licz vnus sit sub alio tñ visus accipit eos sicut vnā stellā ex duabus vel tribus factā: & h̄ isti dicebant esse cometē: & causa deceptiōis fuit: quia hoc absq; dubio cometē simile ē: cū enim sic congregātur due vel plures stelle planete. videlicet aspiciēs ad eas lumē oblongū & cōtinuū sicut coma bec ergo ē opinio dictorū phisicorū in esse cometē.

Capitulū secūdu de opinione eorū qui dixerūt cometē esse vaporem adherentem planete: sic sol i mane cernit cū calore vaporis.

Uidā autē ytalicoꝝ philosophoꝝ pictagorici dixerūt q̄ stella cometa nō ē nisi vna stella & nō multe simul cōgregate: licz nō intelligāt per vnā stellam vnā tñ in numero que semper sit cometa: quia successiue s̄m istos multe comete possūt esse hic autē comata ē de mobilibus hoc est de planetis vnus qui apparet aliquando cōmatus quādo enī oritur est parua: quia parū cōprehēdit de ea visus cū accipit orizontem emispherij habitabilis nostre ppter spissitudinem vaporis: quia cōtinue ē iuxta terram inter nostrū visum & stellam que oriū incipit cū autē iā aliquātū spacium ascēdit supra orizontē subtiliatur vapor: & tūc visus accipit stellā in vapore: & aliquādo est vapor diuarcatus sicut lōgi pili: & in illo respēdet planetā: & illa diuarcatio vaporis videbit esse coma sua & mutat stella in calore suo s̄m muta

tionē illius vaporis: quia in vapore puro videtur coma alba: & i humido apparet rubea & si sit aquosum multū q̄d ē inter nos & stellā apparet coma ruinosā v̄l viridis: et si sint nubes terrestres apparet coma nigra: sed h̄ ē ergo causa vt dicūt pythagorici quare aliqui stella comata apparet.

Capitulū tertiu de opinioe eorū qui dixerūt q̄ comete stelle ē impressio stelle i aere humido sicut in speculo.

Dixerūt autē alij quidā iuxta hūc sermonē de comete quo ad materiam:

quia dixerūt q̄ esset impressio in vapore humido licz differat ab istis quo ad locū istius vaporis & sūt imitatores hypocrisis choi: qui hypocrates chois fuit: & discipuli fuerūt nichyus & paulus: isti enī dixerūt q̄ licz sit vna de stellis erraticis que comata videtur cū coma nō ē de essentia eius. Sed potius quā vna q̄nq; stellā erraticā mouet in diuersitate orbis sui. f. mō ascēdēdo ab oriente: modo autē descēdēdo in occidēs signū: & mō habēs latitudinē citra equinoctialē ad septētrionē: modo aut dilata per oppositum in meridie vltra eqnoctialē: tūc aliquādo visus noster videt eā ac si haberet comā lucidā q̄d iō fit: quia humido aere & puro qui ē in regioe superiori aeris bec stella impmit lumē suū sicut speculo & aer qui pmo recipit lumē reddit illud aeri humido p̄tinuū sibi sicut speculū reddit formā quā recipit & sic fit continua redditio ad aerē p̄tinuū donec apparet lumē oblongū circa stellā & bec vocatur coma stelle: aer autē humidus ab eis vocat vapor humidus subtilis substātie & lucidus quē dicūt ad superiora aeris trahi per vim solis q̄ s̄m phisicos egyptios trahit humorē illū in nutrimentū sui & aliorū planetarum etiā vltra sperā ignis. Stella autē ista s̄m istos nō videtur in septētrione vbi omnis stella maiorē parte arcus sui habet super terrā q̄ sub terra ppter obliquitatē orizontis. & ideo sol i signis septētrionalibus diē addit super noctē i quātitate: & ideo dicūt stellā istā morari tpe lōgiore super terrā q̄ aliā: hic autē quidā alij exponūt. f. q̄ vapor ille humidus qui ad nutrimentū attrahit diutius manet stās circa stellā nō cōsumptus: & ideo videtur eūz ipā rotari diutius: huiusmodi autē dicti sui dant rationē: quia in occidēte in loco vbi cōplemētū ē reuolutiōis stelle sup emispheriū ibi ē humor & habūdat ppter frigus & vapores: & ibi comata frequēt v̄l. Adhuc addunt q̄ in tēpore septētrionis vbi habūdat humor ppter frigus: & in tēpore meridiē vbi habūdat hūor quē attrahūt planete trāsēntes super partes

Opinio pythagorici

illas sepius videtur stella comata: et cum sit in aere stella ubi non est humor septentrionis meridiei non videtur habere comas. Si hoc quis aliquando fiat in ultimo circulo versus meridiem sicut in circulo paruo quem describit motus poli radiacum versus meridiem ibi: tamen non apparet nobis propter nimiam suam remotionem a visibus nostris. Sed quando est ex parte septentrionis super nostram habitabilem. tunc coma eius apparet nobis: quia tunc visus nostri capit ut eam captioe sufficiente propter propinquitatem et directionem quam habet ad summitates capitum nostrorum. Ne ergo sint opiniones quas inuenit de comete posuisse Arist.

Capitulum quartum et est digressio ad ponendas opiniones senecae et iohannis damasceni et quorundam modernorum de comete.

Ante autem adhuc quedam falsae opiniones quas Aristoteles non curauit ponere quas ponemus nos hic ut simul destruantur. Dicit enim iohannes damascenus in libro secundo. c. vii. Constituntur autem et multoties comete signa quidem significatio mortis regum: que non sunt ex his que a principio genita sunt astra: sed diuina visioe secundum istud idem tempus constituntur et rursus dissoluntur. Seneca autem in libro naturalium questionum ita de comete secundum suam opinionem determinat dicens: cometes esse syduos inter opera nature concretus: cuius licet natura ignoretur tamen ipsum non esse ignem subitanum sic probatur quocumque enim aer creat breuia sunt: quomodo ergo cometes potest in aere diu permanere cum ipse aer diu non permaneat: nascuntur hi in aere surgati atque mobili fierique non potest ut ignis vagus in corpore incerto sedeat: et tam pertinaciter inhereat: et postea subiungit ibidem cometes habere suam sedem: et ideo non cito expellitur sed emittit spatium suum: nec extinguit sed recidit. Sunt autem quidam modernorum doctorum qui dicunt quod cometes est impressio alicuius quam stellae erraticae: non enim in igne tamen: nec in aere tamen: sed potius in termino coniunctionis et ignis et aeris ubi videlicet conerunt aeris permiscetur cum coaeruo ignis: ibi enim sunt quedam lineae aeris obscurae: et quedam lineae ignis ubi dicunt luminosi: quibus in lumine addit demonstrationem. lumen descendens ab uno quinquaginta planetarum: et ideo videtur sibi coma fieri ex lineis luminosis et obscuris sibi inuicem permixtis.

Habet autem isti rationes pro se quatuor quas breuiter tangam plus media quam rationes ponens. Dicit. n. isti incoeneniens videri si stelle fixae sint cause alicuius impressionis: et planete nullius: cum planetas constet multo fortiores esse in mouendis inferioribus quam stellae fixas. Si sunt

ergo cause impressionis alicuius per inductionem: probant quod non competit eis impressio nisi stelle comate. Secunda autem est: quia cometes aut generatur physico modo: aut ex vapore terrestri sicco. Si autem generatur ex vapore terrestri sicco: aut ille vapor est vniformis aut non vniformis. Si est vniformis aut simul eleuatur: aut successiue non simul: si simul eleuatur: ergo etiam simul inflamatur et illuminatur: ergo apparebit in forma rotunda sicut assub. ut patet inferius: et ita non videbitur oblonga forma comete. Si autem non simul eleuatur tunc erit longus et inflamatus stans erectus in aere ergo videtur sicut lancea vel ignis perpendicularis. Si autem non est vniformis aut simul eleuatur: aut non simul. Si simul eleuatur tunc prima pars subtilis eleuabitur et euacuetur et inflamabitur et inferior propter sui grossitatem dilatabitur et ita videbitur perpendicularis subtrus dilatata: et sic iterum non erit in figura comete. Si autem non simul eleuatur: ergo pars subtilis eleuatur siue grossa: ergo etiam inflamatur sine ea: ergo grossa nunquam sequitur subtile: ergo figura ignis illius nunquam erit oblonga propter grossam partem inflammatam et subtile coniunctam: et sic iterum figuram comete non habebit. Tertia ratio est quia si sic de vapore terrestri inflammatum videtur simile in loco contingere debere quod contingit in assub. scilicet descendit statim ascendat: et hoc non videmus: quia sepe diu circui uoluitur: ergo non est de vapore terrestri inflammatum. Quarta ratio est nullus vapor terrestris inflammatum qui simul ascendit ad estum vel descendit ad terram secundario apparet oriri in aere: quia vel consumitur in estu in quo vincit ignis. ut supra dictum est: vel grauatur frigore et deprimitur in terra: cometes autem apparet multoties oriri in aere: ergo non est ex vapore terrestri inflammatum in estu vel sub estu. Iste ergo sunt opiniones de comete quas non tangit Aristoteles.

Capitulum quintum et est digressio ponens sententias physicorum Auicenne. agarelis. ptolemei. et aliorum multorum veras de comete: quod omnes concordant in idem.

Is omnibus falsitatibus exclusis sicut infra ostendemus improbat omnes earum. Dabimus sententiam veram de comete et confirmabimus istam auctoritate multorum physicorum: et etiam per rationes quas ipsi philosophi pro se inducunt. Dico ergo quod cometes nihil aliud est quam vapor terrestris grossus: cuius partes sibi multum coniacent paulatim ascendentes ab inferiori parte estus ad superiorem partem eiusdem ubi concauratem ignis contingit: et ibi diffusus

Exponit dñi
in hunc.

est et inflamatus: et ideo videtur longus frequenter et diffusus. Dico autem vapor terre stris ut habeatur materia vaporis: et dico grossus: quia si esset subtilis cito euaporaret et dissiparetur: et dico cuius partes coniacet quia est bene commixtus viscosus hoc modo quod talis vapor non sine actu humidus et viscosus componi potest. Dicitur et paulatim ostendere: quia in vaporibus pluuiatibus imixto sunt quedam partes ignite terrestres: que cum pluuia non omnes descendunt: et ille que descendunt iterum ad humorem pluuie solute ut plurimum reascendunt et ultra spatium medium frigide regionis aeris euadunt propter suum actum et ibi stant: et multiplicatur et ex illo multiplicato quasi ex quodam thesauro paulatim propter calorem regionis que dicitur estus ascendunt: quia multa habent constantiam in partibus. primo calore ignis diffunditur: et postea inflamatur: et sic in medio manet semper spissus ubi mutatur de thesauro suo qui est sub eo: et ideo est in flamma alba valde et spissa: et id autem quod dicitur ab illo diffusum ad latera tenue est: et habet flammam tenuem ad modum nubis albe: et hec vocatur coma: durat autem per totum tempus quo sicut ad ipsius euaporat suus thesaurus: hec autem sententia constantini philosophi est qui dicitur in greco cometarum esse super librum methauroz Aristoteli ubi loquitur de comete.

Et sic in medio manet semper spissus ubi mutatur de thesauro suo qui est sub eo: et ideo est in flamma alba valde et spissa: et id autem quod dicitur ab illo diffusum ad latera tenue est: et habet flammam tenuem ad modum nubis albe: et hec vocatur coma: durat autem per totum tempus quo sicut ad ipsius euaporat suus thesaurus: hec autem sententia constantini philosophi est qui dicitur in greco cometarum esse super librum methauroz Aristoteli ubi loquitur de comete.

Nuq̄ rema

Algarel

Quod autem ita sit testantur illustres philosophi Avicenna et Algarel: dicit enim Avicenna sic stella que dicitur caudata fit ex fumo spisso ignito qui quia cito conuertitur aliquid diu circum uoluitur cum igne. Algarel autem in sua physica dicit sic. Si ignis preualuerit super fumum eleuatum purgabit eum a caligine: et tunc fumus totus conuertitur in ignem: nec potest esse qui fiat ibi unum duorum: vel ignitur vel fiet purus ignis: eo quod non est ibi frigiditas: sed si fuerit spissus ignitur quidem: sed quia non est talis qui cito conuertatur remanebit sic aliquid diu et uidebitur stella caudata: que quia reuoluitur circum celo: eo quod partes ignis continue sint cum contrarietatibus celi: ideo reuoluitur propter motum eius. Ex his patet de comete que diximus prius: et ideo dicit Algarel quod materia vaporis grossi reuoluta cum celo triplex apparet. Aliquando enim est flamma ut iam dictum est. Aliquando autem grossa niger et tunc ignitur sicut carbo et ille videtur cometes rubeus. Aliquando autem cum eo ignis extinguitur propter nimiam materiam grossicam et remanet fumosum et tunc apparet sicut carbo niger et extinctus: et ideo est quod foramina nigra in celo uidentur quod a vulgo uocatur celi perforatio. Alphraganus autem in astronomia sua etiam per hoc pro-

no q̄ cometa triplex apparet in dñi

no q̄ ignis mouet in celi

bat ignem in circuitu moueri ex hoc quod vapor incensus adherens ei subter rotatur in circuitu sic dicens. Deriuatio motus circularis est a celo preter motus naturales: et hoc ideo: quia uidemus in elemento ignis motum circulari similem motui celi in eo quod apparet de similibus: preter motus naturales stellarum qui uidentur in quibusdam horis vaporum in celo super in aere in loco superiori in crepusculo uespertino ita quod uidentur credat quod sint stelle: et uiderant eas motas cum motu stellarum et sequentes ipsas quousque abscondantur: ex hoc accipitur quod sunt similes stellis: et non stelle: et sunt in aere vaporis igniti. Idem annuit Ptolemeus in ceterologium suum propositione tertia ubi dicit quod iudicium tertium est a secundis stellis super quod dicunt tres commentatores scilicet Haly et Abrahaz et Bugaforus: quod secunde stelle sunt effectus stellarum in uapore ignito et eleuato sicut in comete et assub. et huiusmodi: hoc etiam innuit albumazar in libro de coniunctionibus planetarum libro viii. differentia prima ubi tangit qualitatem scientie generationis indiuiduorum superiorum super occidentia inferiora: et dicit quod una pars significationis illius est super methora superiora sicut ignis et assub: et habentes comas et cum hoc ex una materia ponit generari ex fortitudine solus martis sine omni alia stella. Patet ergo quod ista sententia quam diximus est omnium meliorum philosophorum.

Ratio etiam huic sententie suffragatur quia constat quod flamma non est nisi fumus accensus: est autem cometes flamma quedam: ut apparet in visu ergo fumus est accensus. Adhuc omnis alia impressio que est luminosa distinctum per se habens lumen est ex uapore incenso: ergo et ista preterea si interrogetur a doctoribus nostris modernis: ex quo cometes est lumen accensus ab aliquo quodam planetarum ad terminum ignis et aeris cum semper super huiusmodi terminum ubi mixtus est aer cum igne moueantur planete: quare non semper apparent comete. Item quare non apparent plures comete simul: cum plures planete super tales aeris et ignis commixtionem orientantur simul. Adhuc autem quare diuersa forma uideatur in cometis: quia ut dicit Seneca: quandoque circuitus est dirigens comam sursum: quandoque proiciens eam deorsum: quandoque autem ad latera: uideatur quod non habeant quod rationabiliter ualeant respondere. Adhuc autem si ab aliquo quodam stellarum erraticarum se nascitur cometes tunc nunquam extra viam planetarum uideri debet. Via autem planetarum est in zodiaco uel parum ualde extra: ergo semper uidetur in zodia-

no q̄ cometa triplex apparet in dñi

no q̄ ignis mouet in celi

co uel ppe: et tñ hoc falsum est cū Aristot. dicat qd nos uidem⁹ cometes in septentrione et meridie et in oi parte celi. Ego autē cū multis alijs anno ab incarnatione domini. AD. CC. XL. in saxonia uidi cometem quasi iux⁹ polum septentrionalem et piecut radios suos inter oriētem et meridiē magis dirigendo eas ad oriētes cōstat qd ibi nō fuit uia alicui⁹ planete. sed quia etiam alie tres opiniones q̄s Aristot. tangit dicunt cometes a. v. planetis generari: ideo cōiter ista opinio cum ill⁹ quo ad hoc accipiet improbationem.

Capitulum sextum: et est digressio improbandi opinionē Senecę et Johānis damasceni.

Quod autē dictū Senecę sit error p̄z: qd qd euanescit nō occidēs: s̄ in emisperio illud corripit nō iplēs spaciū motus p̄ emisperiū. Cometes autē ita euanescit coram uisib⁹ hominū: ergo extinguitur et nō recedit. Quod autē euanescit corā uisibus hominū pbatur a duob⁹ experimētis q̄ ipse Seneca in libro questionū scripsit sic dices: Post mortem Democriti regis siue paulo ante bellū achaicū cometes fulsit nō minor sole: p̄mo igneus: ac rubicūdus: clarumq; lumē emittēs: deinde paulatim magnitudo ei⁹ et claritas euauit: nouissime totus intercedit. Ex hoc q̄ constat qd dictum est. Scdm idē ibidem scripsit sic dices: Athala regnāte in grecia cometes modicus apparuit: deinde effudit se: et vsq; in equinoctiales circum lum uenit: ita ut illaz plagā celi cui lactea nomē est in uniuersum et i immēsū extensus equaret et i instāti ibidē desijt. Johānis autē damasceni opinio qd deus stellā nouam faciat nō est pbabilis: quia nō esset rō: quare faceret illā in diuersis figuris et colorib⁹. uideatur autē cometes in diuersis figuris et colorib⁹: qd nō est in operatiōe dei tñ. Quod autē habeat diuersas figuras patet ex v̄bis Senecę sic dicens: forma comete non est vna: plures enim fuerūt cometarū quib⁹ in morē barbe flammę dependent: et eorum qui uñdiq; q̄si circa se flamma spargunt: et eorū quibus fumus ignis est: sed in verticē tendēs: cū omnes eiusdem nature sūt: cometęq; dicūtur recte quarum cum post longum tempus appareant forme: eas inter se comparare difficile ē: qd cū apparēt s̄ ut cuiq; acutior est actes aut eberatior: ita autē lucidiorē aut rubicūdiorē uel obscuriorē esse: cū igitur hec uarietas forme sit p̄pter aliquam preiacētē materiā ex qua operat̄ natura: constat cometē nō tñ opere diuino tñ factam. Sic ergo constat de tribus questionibus Senecę Jo-

hānis damasceni et doctorum quorundā nō firi temporis qd sunt false: et habitum est que sit uera et.

Capitulum septimū: et est digressio ad improbandam opinionem primam quam improbat Aristoteles.

Quod autē dixerūt Anaxag. et Democritus et post eos Apolloni⁹: qd cometes est stelle erraticę multe p̄gregate q̄tuor rōnibus improbat Seneca: quarū due p̄me sumūtur ab experimētis: quia si cometes ante bellū achaicū apparuit in quātitate solis. nulle autē licz aggregētur aliarū stellarū nunq; habitū solis equabūt: cōstat qd cometes nō est generalit̄ p̄gregatio stellarū. Scda est qd cometes qui Athalo regnāte in grecia apparuit se tñ diffudit ut illam plagā celi cui lactea nomē est in uniuersum extensus equaret. Cōuenire enim nō possunt erraticę ut rā lōgum celi tractum occupēt p̄tinuo. Due alie sunt p̄ rōtinationem sumpte vna a loco erraticarū quā ponit his uerbis Apollonius q̄ ait cometē nō ex erraticis effici: s̄ multas erraticas cometes eē: sed hoc si eēt: cometes intra signiferi terminos mouerēt. Secunda ratio sumitur a natura et a proprietate stellarum quā sic ponit: nunq; apparet stella per stellam: quia aliter vna non eclipsaret aliam per cometem nonnunq; q. per nubem ueteriora cernuntur: ex quo apparet cometem non sidus esse: sed leuem et tumultuariū ignem. Ad idē etiam dicit Seneca certum est cometes non vna parte celi aspicī: sed tam in ortu q̄ in occasu apparent: frequētius tamē circa septentrionem.

Capitulum octauum: de improbatione secunde opinionis et tertie per rationem Aristotelis.

Is habitis alias tuas opiniones destruemus per rationes Aristotelis quia ergo iam diximus recitādo sermones istorū de stellis cometis: nūc oportet ut queramus de sermonibus ipsorum an ueri sunt: an falsi. Dico ergo qd sepe uidem⁹ cometes extra orbem octauum qui est stellarum fixarum: et ideo non potest esse qd cometes sit vna uel plures de stellis fixis: qd tunc esset in cingulo primo qd est sphaera octaua q̄ cingit omnes speram stellarum: quod falsum est: quia nos uidemus eas extra illum orbē longe sub ipso. Si autem esset vna stellarū mobilium erraticarū tunc nunq; uideretur nisi in orbe stellarum erraticarum quod falsum est: quia uidetur extra ipsum sub ipso et extra circulum signorum. Si autē cometes stellarū essent ex aere humido sic dixerūt illi

no qd cometes apparent sequenti
nra Septentrionis.

de opinione scōa: tūc oꝝ q̄ q̄n venit stella ad
medium celi vbi visus noster consequitur
eā sine aere hūdo infposito q̄d videret sine
coma: et hoc iterū falsum est: quia cometes i
rota reuolutione celi aliquādo appet: et q̄nq̄
per plures dies. Adhuc autē si coma causa-
ret ex aere humido tunc oportet q̄ omnis
stella que per mediū illū aereꝝ humidū vide-
tur eēt cometes: ḡ nūs cometarū eēt fm nu-
merū omniū stellarū et non eēt in vna eap: s̄
pluribus eap simul: et hoc falsum est: q̄ nos
nō inuenim⁹ stellas habētes comas nisi. v.
non simul quidē: sed successiue sic infra vice-
mus. Hoc autē q̄d dicunt q̄ cometes non in-
uenit nisi in pte septentrionis ē falsum: quia
multotiens videt alibi q̄ in septentrione. vi-
dētur enī comete cū sole aliq̄n in ortu suo est i
uo pcedētes eum. Qu⁹ autē estiuus solis est
signū in quo sol oritur in estate sicut sunt se-
ptentrionalia signa in quibus mouet a p̄in-
cipio arietis vsq̄ ad p̄ncipiū libe: quia lar-
ge sumit hic ortus estiuus p̄ omni ortu in q̄
dies addit supra noctē: tunc sol directius
respicit nos: et nr̄am habitationē calefacit: et
similiter stelle comete in se sunt in pte meri-
diei fm diuersum tps: et hoc maxie cōringit
in ciuitate Arim que ē sub eq̄noctiali in me-
dio mundi: nonaginta gradus habēs in po-
lum arcticū: et nonaginta in polū antarcticū:
et nonaginta in orientē: et nonaginta in occi-
dētem terre habitabilis. Hoc⁹ enī qui ē sub
equinoctiali tempantior ē omni loco huius
mūdi sic dicit P̄tholeme⁹ et Auicēna et ali-
q̄ plures phi. Cū sunt etiā in pte septentrio-
nis in mane ascēdētes ante solē in ortu die-
mis: et hoc alit nō poterat eē nisi cū sol orie-
bat in hieme in signis meridionalib⁹: q̄ tūc
cometes oriebat in adlone in signis septen-
trionalib⁹. Totū ergo hoc q̄d dictū est signi-
ficat nobis q̄ stelle comete sūt p̄f stellas tā
fixas q̄ erraticas q̄s dixerūt: et viderūt i estate
et in hieme i diuersis p̄tib⁹ celi et mūdi: sic
ergo declarat⁹ est error sermonis ipsoꝝ.

Capitulū nonū: et est sententia Aristote-
lis de comete.

Yco q̄ stelle habētes comas effici-
ent et fm locū sue generatiōis sūt p̄-
pe aerē inflāmatū ex vicinitate ignis
qui p̄tinet māz remote et ipm cometē. Aerē
dico p̄p̄quū igni q̄ in se p̄tinet calorē ignis:
q̄ q̄n in ipso vapor siccus grossus inflāmat
tūc p̄tinuatio fit cū lumine flāme comete ab
inferiori aere vbi stat vapor eiusdē nature: et
ita diffusio illo q̄d p̄tinuat ei sit oblogum: et
hic ē cometes sic patet ex p̄dictis. Hūc autē
modū s̄nie Aristō. q̄dā alit exponūt: sed non

facio vim in expositōe ipsoꝝ: cū sere omnes
philosophi qui secuti sunt Aristō. cōueniant
in expositōe nostra.

Capitulū decimū: et ē digressio declarās
quare dicūt q̄nq̄ comete eē et nō plures.

Teret autē aliq̄s fm istā expositionē
s̄nie Aristō. quare. v. dicātur esse tm
comete. Si enī numer⁹ nō accipiat
ex pte planetarum videbit q̄ nō sit nisi d̄ris
materialis. Differentie autē māles infinite
sunt: et sic nō debent poni in q̄nario numero.
Adhuc q̄ iste stelle dicuntur esse stelle scōe a
phis: ḡ necesse ē q̄ aliq̄ stelle sint p̄me q̄ sunt
cause istaz. stat autē q̄ ille nō sunt stelle fixe:
videt ergo q̄ sint planete: nō autē duo sunt lu-
minaria: videt q̄ sint. v. stelle erraticę: s̄ fm
hoc nō debēt esse nisi i zodiaco uel valde p̄-
pe cum supra habitū sit q̄ in omni pte celi vi-
dētur. Adhuc autē sine p̄iudicio puto eē dicē-
dum q̄ in veritate fm astronomicos q̄ iudi-
cia ponūt in eis nō sumūt. v. cometes pe-
nes. v. erraticas sic infra dicemus. sed. v. su-
munt aut penes. v. d̄rias vaporis mālis aut
penes. v. formas stellarū habētum comas.
Differentie autē vaporū sunt q̄ vapor ois co-
mete licz sit in gnē grossus sibi coherens: tm
fm exigētā materie pōt eē grossus: aut sub-
tilis: aut medi⁹ p̄ eque distā iam inf grossum et
subtilē: in quocūq̄ aut ē mediū per eque distā-
tiam in eo est medium quod est vicinū ex-
tremo et sic erunt tria media: sed eque distās
et inter eque distans et subtilē: et inter eque di-
stans et grossum: nec potest esse maior vapo-
ris diuersitas in genere: et ideo comete per
numerum sunt. v. Sunt etiam per figuram
v. aut enī circūstat i rotundis in circuitu: aut
propter leuitatem super cometem: aut diri-
gitur inferius: aut stat a latere: tunc constat
ab utroq̄ latere aut ab altero et sic sunt iterū
v. licz autē prima differentia sit mālis cū ipsa
causet differentiam forme: quia aliter figu-
ratur vapor subtilis: et aliter vapor grossus:
q̄ autem dicuntur secunde stelle est ex hoc q̄
significāt in diuersis locis fortitudinem pla-
netarum sicut iam dicemus: non tamen pro-
pter hoc numerantur penes planetas. licet
autem differentia vaporis penes grossum et
subtile sit differentia materialis: non tamen
est pure materialis: sed pot⁹ ad formam or-
dinata: quia per calidum intrinsecū et extrin-
secum induit talis materia talem formalita-
tem: et talis consideratio diuersitatis est cō-
sideratio que proprie cōuenit p̄phico.

Capitulū vndecimū: et est digressio
quare comete significant mortem potentus
et bella.

Tunc autem querendum esset si pos-
 semus comprehendere: quare dicitur
 cometes significare mortes ma-
 gnatorum: et bella futura. hoc enim dicunt phi-
 auctores: non videtur ratio quare hoc sit cum
 non magis eleuetur in terra vbi habitat pau-
 per quam vbi habitat diues: siue sit rex: siue sit
 alius. adhuc autem constat quod cometes cau-
 sam habent naturalem non dependentem ad
 aliquid aliud. videtur ergo quod nulla huius relati-
 onem ad mortem alicuius siue ad bellum. Si
 enim dicatur se habere ad bellum siue ad mor-
 tem alicuius: aut se habet ut causa: aut ut ef-
 fectus: aut ut signum. constat autem quod se non
 habet tamen ad aliquid sicut causa: quia nec ut
 efficiens: nec ut forma: nec ut finis: neque ut
 materia. Similiter autem probatur quod nec ut
 effectus: quia neutrum necessario sequitur al-
 terum. effectus autem necessario sequitur cau-
 sam. nec etiam se habet ut signum. quia non
 habet convenientiam. Omne autem signum
 convenientiam habet cum signato. Adhuc
 autem ut quidam dicunt differentia quinque co-
 metarum sumitur penes quinque erraticas: cum
 non omnes erraticas habeant tam malos ef-
 fectus: quia iuppiter signat fortunam: similiter
 venus et mercurius non signat infortunium: vide-
 tur quod non generaliter signent mala signa.
 attende ergo ab hijs similia quod sicut dicit Al-
 bumasar in vii. tractatu de coniunctionibus
 planetarum: quod euentus ignium et assub et co-
 mete non sumitur ab aliquo planeta nisi in
 aere precipue quando fuerit radius eius in si-
 gnis terreis vel aereis luna non impediens:
 quia illa commouet vaporem aqueus humidum
 qui impedire possit huiusmodi ignes:
 et ideo etiam patet quod nihil est dictum quod pe-
 nes quinque planetas erraticas accipiuntur: quia
 tales impressiones non sunt nisi de comple-
 xione martis: et ideo sunt ab ipso sicut a mo-
 uente primo: nisi forte aliquando sicut coniun-
 ctione iouis et martis: quia ex illa coniunctio-
 ne scintillationes et conuulsiones et ignes cur-
 rentes per aerem etiam mouentur. Ad hoc autem
 quod obicitur de terra pauperis et diuitis di-
 cendum quod vtriusque signat destructionem secundum di-
 uersitatem periodi de qua locuti sumus in fi-
 ne secundi de generatione. sed tamen circa mor-
 tem regis propter famas plus obseruatur: quod
 periodi eorum plus dignitatis habent plane-
 te et ideo maiora significata referunt ad eos
 Ad hoc autem dicitur quod habet causam natu-
 ralem ad mortem alterius non relatam: dicen-
 dum quod causa eius proxima non refertur ad mor-
 tem regis: sed tamen causa eius prima mouens signat
 fortitudinem martis qui signare habet mortes

precipue violentam: et tunc mors dominatur
 super commotionem elementorum ipse etiam
 dominatur in periodo: et inducit causas mor-
 tis secundum quod mouens primum potest dici causa: que
 non est necessaria: sed potius inclinans ad illud.
 Quod autem queritur vtrum sit signum vel causa
 dicendum quod proprie est signum: quia sicut dicit
 Aristo. in libro de somno et vigilia: talia sunt
 sicut consiliarius cuius consilium melioribus
 inueteris murari potest: ita demum martis bel-
 la et mortem continentium et regentium tur-
 bas signat sicut inclinans primum ad hoc per iram
 et calorem et siccitatem: ex quibus prouenit
 animositas: sed concitatio populorum ad inui-
 cem: et ideo significatum comete prius est super
 martem qui est causa belli et destructionis po-
 pulorum: et ideo dicitur illa significare come-
 tes: cum tamen eius significatio proxima non
 sit super illa etc.

Tractat⁹ q⁹ de ignibus generatis in aere.
 Capit. primum: de causis et loco generationis eorum.

Cuius autem manifesta sunt ea
 que dixerim⁹ de comete et ga-
 laxia: nobis ad perfectionem do-
 ctrine eorum que generantur in
 alto ut perscrutemur causas.

propter quam videtur in aere quinque sicut ignis per-
 pendicularis stans dilatatus in inferiori sic
 columna stans super basim que ex utraque par-
 te facit angulum rectum super basim: et pro-
 pter quam causam aliquando videtur ignis mi-
 nor illo sicut assub et lancea et stella volans et
 huiusmodi. Dico ergo sicut ante dictum est
 quod quando sol inflammat terras per motum splen-
 doris sui super eam eleuatur calidi vapores
 de terra qui sunt quatuor spherum. ascendit enim
 ex ea vapor frigidus et siccus quando non est in
 eo pars humiditatis vincens super ipsum: licet sit
 in ipso humiditas continuas et consistere faciens
 vaporis: quod nihil terrenum continuat sine humi-
 do ut dixerim⁹ in. ij. de generatione et corruptione.
 Ascendit etiam vapor frigidus et siccus qui etiam est
 terrene nature: et ascendit ex ea vapor calidus
 et humidus in quo est humiditas aquea vincens
 et ascendit ex ea vapor frigidus et humidus qui
 vincit in eo natura aque oino: et isti vapores
 manent omnium impressionum in alto generatorum
 et calor sol est causa efficiens. loca autem generationis
 ipsorum sunt ista: vapor enim calidus et siccus: na-
 ture terrestris: solutus a terra propter vehemen-
 tiam caloris solis qui resoluitur super eam
 ascendit vehementer propter hoc quod est calidus
 et propter hoc quod est siccus: et ascendens adurit aerem
 vapor autem calidus et humidus ascendit minus
 quam ille qui dictus est: scilicet vapor calidus et sic-
 cus: et facilius resoluitur: et ideo fit ex eo aer.

Quo h' quatuor bonis quib' vapor
recreat' q' dicitur & sic alia dicitur q' vapor aliq'

Duo autem alij vapores scz frigidus & siccus
& frigidus & humidus ascendunt recte: & cu
peruenerit ad locum ubi est frigus ibi circu
stante frigidus coagulatur uel saltem inspissat
santur a congregato raro qd est in ipsis: eo
q' e' ibi frigiditas que comprehendit ipm circu
stado & comprimendo: & io vn' uertit in pluui
as: & alter in uetos: ideo ascendit cu vapo
re pluuias: sed vapor calidus & siccus ascendit
ad terminu' ultimū quo pot' incedere in aere
quando no' est vapor frigidus impediens &
ascendit vsq' ad coeui ignis. quando autem
peruenit illuc tunc calescit calefactione vehe
menti: & inflamatur ppter cōtinuitatem suā
ad ignē: & p'pinq' ad motū orbis. Iste
g' est locus generationis igniū de quib' di
cturi sum': & vapor calidus & siccus terrestris
est materia eorū.

Capitulū secundū: & e' digressio qlif in im
p'ffionib' diuersis no' est nisi generas coe.

Etende hoc qd licet in tota nā ubi
sunt generata particularia uel spalia q'
perfectū eē habēt in natura: & quorū
forma e' finis intē' a natura particulari eo q' i
ipsis saluat' esse diuinū quātū fieri pot' p suc
cessionē generatorū: sic generas p'pūū s' coe
sicut pater: q' licz sol sit generas i oib' ill' cū
inferius etiam homo & asinus & huiusmodi
sunt generatia: qm si generas coe qd e' vnus
celestis circulus sufficeret: tūc no' oporteret
coferre virtutē generatiuā p'prio generanti
qd est generas vniuocū & p'pūū & pticulare
sic generatiōes oēs pticulares & pticuleriuz
sunt: licz a sic sit in oib' cōpletis: tū in vapo
rū & ip'ffionū generatiōe no' e' nisi generas
coe qd est calor sol: & calor celestium: siue ex
splēdore stellaz: siue p' motū orbis excitatus
& hoc ideo e' q' forma imp'ffionū no' est pma
nēs i natura: & io sunt poti' dispositiōes ele
mētorū qbus mouent' ad mixturā q' ad gene
ratiōes muraz & aialiu' & planetaz ordinant'
& no' indigēt generāte nisi disponētē qd e' ge
neras coe cui' e' act' calefacere. calor aut' mo
uet disponēs ad generatiōē. hui' aut' signū
est q' forme imp'ffionū no' sunt pmanentes:
nec figure alicui' eorū etiā in temp' modicu'
manent: & io dixit Aristo. q' glacies & aqua
no' differūt nisi p accidēs. hec g' est cā q' licz
sunt diuerse imp'ffioēs: no' tū determinat' eis
diuersitas generantiū. Sed in oib' genera
tis iterū vnus actus diuersimode suscipit a
materia imp'ffionū generataz &.

Capitulū tertiu': & est digressio declarans
quare vapor terrestris aliqñ altior ascēdit.

Lias etiā q' licz aqua leuior sit q' ter
ra & humidū aliqñ magis sit factibi

le q' substantia terrestris sit: quia humidus
magis aque alimentum prestans calori: et
ideo videat' his trib' de causis alti' debere
ascendere: tū oppositum cōtingit in vapore
siccū calido qui alti' ascendit q' vapor cali
dus & humidus quatuor de causis uel vna de
eā quatuor: particularib' & gregataz quaz pma
est: q' licz siccus terrestris sit grossū male sub
tileabile: cum p'p' sui grossitūe & spissitudine
recipit calozē quasi i cumulo: q' calor ip'ffo
terrestri postq' intrauerit magis cumulatur
q' in tenui subtili: q' ptes iuxta se plus hñt: &
ideo constat magis caliditas vaporis terre
stris & simul e' q' vaporis aquei. Scda cā est
q' terrestris siccū magis retētiū e' caloris q'
humidū aqueū. vnde Seneca dicit Demo
huius quidē eadē cā ē. s. apparet virtutis fri-
goris et opatiōis eius sup suū triū quod pbet
ei libere introitū sup oēs pres aque calefacte
hec ergo de his impfioibus dicta sunt.

Tractatus secundus secundi libri methau-
rorum de origine fluminum.

Capitulum primum

Uia ergo ostendimus quod sit
puina et nix et pluuia et ros et
grado et cetera impressioes hu-
mide in alto generate tūc supest
ut loquimur de oibus vētis et in
aeribus et fluminibus que sūt in ymo et faci-
am de ipis cōsiderationē nālē assignādo cās
nāles de omnibus eis sicut ē cōsuetudo nra:
quod phi ppiū ē nō dicere aliqd nisi in tñ rōne et
cā: cupiditas enim nra ē inquisitio cāe omni-
um rez naturalū et cōsideratio ppietatum
et differētiarū earū: quod talia in phi puenit nos
dicere docendo et cōuenit alijs talia a nobis
audire: quia aut res nō bene scitur ignoratis
passionibus eius et differētijs et partibus: iō
volūtas nra ē nihil horū dimittere virtus autē
pficiendi nō est nisi p dñm in cuius manu su-
mus et nos et sermoues nostri. Dicem autē
in origine fluminum et fontium in residuis
istius libri: de vētis autē et alijs impfioibus
de vapore terreo causatis dicemus in libro
sequenti. Cum enim nos dixim in phicis
libris istis de his quod calore solis vaporabiliter
eleuant cōsequēs est dicere de origine flumi-
num et fontium eo quod calor in viscerib⁹ terre cō-
clusus et vapor ibidē generat oēm aquā vn-
decunq; causatā eleuat ad originē sui flux⁹: et
ita vnā hz cām eleuatiōis aquā eleuata in aerē
et aqua eleuata ad originem sui fluxus.

Capitulum secundus de origine fluminū
fm opiniones antiquorum.

De origine autē fontium et fluitōrum
dixerunt quidā antiqui quod simile est
de ventis et aere et fluminibus et aquā
et nubibus: dixerunt enim quod venti et aer sunt
vnius generis quo ad substantiā. Sed diffe-
runt per accidens quia cū quiescit dicitur aer
et cum mouetur dicitur ventus: et a simili p-
bauerunt quod aque fluminum et nubes sunt idē
sbo: et eorum natura est vna et nubes sunt in
aere: et aqua fluminum est terrens in terra: et
isti videntur dicere quod aqua fluminum nō est
nisi ex nubibus et est māliter nubes. Et alijs
autē sapientiores his dixerunt quod venti quoddem
omnes sunt vnus fm naturā: tamen habent

maiozem differentiam q̄ isti dixerunt: licet enim concedat cum prioribus qd̄ nō est ventus nisi aer motus: tamen dicunt qd̄ differūt inter se ex eo qd̄ in loco vno vel alio mouent vnde aquilonaris ex loco est frigidus siccus & meridionalis ex loco est calidus & hūidus & hoc addūt dicto pbicoꝝ p̄hoꝝ & a simili dicunt de fluminibus & nubibus quia s̄m istos flumina nō sunt nisi nubes fluens & ideo sūt omnia flumina s̄m naturam originis prime vnum. Sed differunt per loca per que fluūt & ita efficitur aqua vnius fluminis alterius opationis q̄ alia. Vtrūq̄ autem istoz p̄hoꝝ dictum est absq̄ inquisitione cause & ideo nō est philosophici: in pbia enim sermo qui dicitur post subtilem cause indagatōem & rectam passionum & partium inquisitionem ē preciosius & melior omnū inquisitione. Nō tantū autem sermo istoz est reprehensibilis: quia est sine inquisitione pbatus. Sed etiaz falsum est qd̄ dicunt. hoc enim qd̄ inducūt p simili falsum ē: qd̄ si sermo eoz de v̄to simili ē sermone de flūibus modo p̄dicto tūc oportet qd̄ p̄ncipiū vtrūq̄ materiale sit res vna cū p̄ncipiatō. Materiam enim hec saluat in materiato sine sui trāsmutatioe a forma substantiali: qd̄ aer & aer motus nō differūt p̄ forma substantialē: ergo simile erit de nube & aqua fluminis qd̄ vnūz deberet ab alio denominari. s. qd̄ nubes fluens sit fluuius stans sit nubes qd̄ aperte falsū est: ergo simile qd̄ inducunt non valet ad p̄positum. quia etiam ip̄i dicūt qd̄ aqua fluens in fluuiō diuersum qd̄ est a nube. Si autem sermo iste de origine fluminū est error tunc non scitur causa fluminum et fontium per dicta eoz: & ideo necesse est nobis inquisitio de esse fluminū: quid est origo eoz & quo modo: & quid est mouēs flumina ad fluxum & vnde siue ex quibus locis ē p̄ncipiū eoz. Quidam enim antiquoz qui illis sunt similes de quibus mentio habita est falsum dixerunt de fluminibus: dixerunt. n. qd̄ aque fluminū exeunt de cōcauitatibus in quibus congregantur aque pluuię: sicut ventus exit de vtre inflato: sicut enim vētus nō cessat de vtre qui circūdat ip̄m donec totus sit cōsumptus ventus qui est in vtre ita non cessat egredi aqua de vasta vortagine donec tota aqua sit cōsumpta que est in ip̄a: hoc autem falsum ē: qd̄ tunc nullus fluuius haberet aquā indeficiētē. Sed cito deficerēt fluuij aquaz multaz eo qd̄ p̄tinuus effluxus eoz esset multū disperdēs aquas & locus aliūde nō reciperet restauz aliud. Hoc autē qd̄ dicitur de vento qd̄ ip̄e sic sit aer motus s̄m naturā veritatem nō habet: quia nos ostēdemus

q̄ ventus est vapor terreus aerē vsq̄ trāscēdens & eum fortiter expellens.

Capitulū tertiu de p̄ncipio materiali fluminū qd̄ est humidaz imp̄ssionum.

Probat̄ autem antiquoz opinio nibus: dicimus qd̄ p̄ncipiū materiale aliquoz fontū & fluminū in speciali & nō cōmunit̄ omnū est qd̄ vapores aquo si quando eleuantur in aerem frigore qd̄ ibi est: aggregātur & inspissantur & fuerit nubes & conuertuntur in aquam vel congelātur frigiditate agente in glaciem & resoluuntur in pluuias & aque redeunt ad terram & faciūt cursum fontis & fluminis sicut radix p̄ma ab occidenti egrediens facit cursum fontis vel fluminis non tamen est radix p̄ma: licet sit illi similis in effusione aquea hostium fontis vel fluminis: currunt autē aque sic descendēs quandoq̄ in superficie ad loca declina & faciunt stagna: quādoq̄ autem p̄ poros terre vel eius spongiositate vel scissuras aliquas pertingūt vsq̄ in p̄fundū terre & cōgregantur & faciūt ibi p̄ncipiū materiale fluminū vel fontū. huius autem signum est quia incrementa fluminum & fontū sunt in hyeme quando habūdant pluuię magis q̄ in estate. In estate enim quando abscindūtur sub terra vel deficcantur in toto quedam aque: eo qd̄ pauca materia sit quando pluuię non cadūt: & ideo quando finitur materia deficcatur & abscinditur aqua cuius effusio fecit fontem vel flumen. & licet aliquando pluat tamē deficcatur aliqui fontes & ex aque defectu qd̄ ideo p̄tingit quia aqua cadens super terre superficiem trahēdo secū puluē in ventū in terre superficie obstructū pos terre: & claudūt s̄m viā p̄tingēdi ad viscera terre interiora vnde laboriose cōcurrūt in terrā. Hoc autē etiā alia de cā p̄tingit. s. qd̄ aqua leuis ē in terra & s̄m nāz ascēdit sup eā vñ terra paucitas ē h̄ respectu aque. qd̄ elemētū spissius ē min⁹ & min⁹ h̄ de loco & aqua ē plus q̄ terra. Sed ista terra laboris nō h̄ locū in pluuis sed pot⁹ in exitu oceani in terrā: & hec cā sufficiens est ad h̄ qd̄ nūq̄ in terrā p̄mperet aqua oceani. S̄z aliū non moueretur sicut nos dicimus infra vbi loquemur de causa efficiētē fluminū hec autem sententia est s̄m litteraz Aristō. q̄ sic dicit & dico qd̄ aque omnes laboriose p̄currūt in terrā qd̄ ē p̄pter paucitatem terre super aquas qm̄ est plus ea: emendatiores tamen codices habent sic & dico qd̄ aque oēs p̄funde currūt in terrā qd̄ est p̄pter victoriā terre sup aquas qm̄ ē plus eis: & ista littera dubiū non habet qd̄ aqua imp̄ssionū altaz humidarū cadentes p̄fundantur in terre visceribus

et non natat sup ea sic faciunt iloco ppo aqrū q
est oceanus: et h̄ p̄rigit q: i loco gnatois nihil
se p̄tingūt tria elemēta terra vicit sup aqs et
ē plus eis: et iō opit et sorbet eas ariditas ei?
abso: pte at sub fra vndiq; p̄currētes p̄gregā
tur et efficiuntur materie fluminū et forū q̄rū
dā: has aut aqs coadunat aer p̄uersus i aquā
et sic rediēs ē ad frā et cū pluuis ingrediens
viscera fr̄e ad multiplicādas aqs q̄ sūt ibi et
ut dicit Seneca etiā frā cōuersa in aqs: quia
quodlibet elemētū p̄uertit ad aliud nō eēt rō
q̄re frā in aquā nō p̄uertet p̄cipue cuz sim
baluz sit terre et aque: et iō facit sit p̄uersio eo
rum adinuicem.

Capitulum. iij. et est digressio de p̄dictio
ne Seneca ad ea que dicta sunt.

Uic aut̄ snie Aristo. p̄dicat Seneca
in. ix. libro nālū q̄nū sic dicit: q̄dā
estimat̄ q̄cqd ex ibi? frā p̄cipit id il
lam rursus emittēre ut sūt flumina et h̄ argu
mētū loco ponūt q̄ paucissima flumina i his
fiunt q̄b? rara ē nubes ut in ethiopia et interi
ore affrica et p̄tra germaniam et italiā et gal
liā abūdarē riuus et fluminib?: q̄ celo hūido
regūtur et nec estas i ill' p̄rib? q̄dē imbrib? ca
ret. Aduersus h̄ dicit plurima p̄nt p̄muz ego
vineaz quidē diligēs fossor affirmo nullam
pluiā eē tam magnā q̄ vltra. x. pedes in alti
tudine terrā madefaciat. ois enim pluuie hu
mor inf̄ primā crustā p̄sumit: quō q̄ surgē po
test amib? vires umber q̄ sūmaz hūmi tāgit
ps maior eius p̄ fluminū alueos in mare fer
tur exigūū est q̄ sorbet terra nec id sūat. aut
enī arida ē ut assumit in se q̄cqd effusū ē: aut
satiata si q̄d sup̄ desiderū ceciderit excludit:
et iō p̄mis imbrib? nō augētur amnes q̄ to
ta in se sitiens frā trahit. Quid q̄ q̄dā flumi
na erūpūt saxis et mōtib? his q̄d p̄ferunt plu
uie q̄ per nudas rupes differunt non h̄nt ter
rā cui incidat adite q̄ siccissimis locis putei i
altū acti vltra ducētōz aut tricētōz pedum
spaciū inueniūt aqrū vberes venas in aq̄ al
titudine pluuia nō penetrat ut scias illic non
celestē eē nec collectiūū humorē: h̄ q̄ desolet
vnā aquā illo q̄ argumēto hec opinio refellit̄
q̄ q̄dā fontes i sūmo mōtis cacumine redun
dāt apparet illos sursum agi: aut illic cōcipi
cū ois pluiā aq̄ decurrat: bucusq; sūt verba
Seneca et sunt plana: q̄. iij. rōnib? videt̄ h̄
q̄d ante dixim? refellere p̄sentit ita Seneca
q̄ humor ad terrā ab aere descēdēs p̄t esse
mā alicui? fontis et alicui? riu: q̄ dicit sic in
eodē libro sepe colligē rōis mō tenuis et di
spersus liquor: q̄ ex multis locis i vnū cōfuit
quē sudorē aq̄ligores vocāt q̄ gutte q̄daz uel
spissura loci elidunt uel estu euocant: hoc te

nuis nuda nix fori sufficit ex magnis causis
magnisq; conceptib? excidit amnes pluuia
torrentē facē p̄t nō amnes. S; h̄c h̄c h̄c
Seneca sunt dicta fere oīuz peripateticōz
sic Auicēne et Algar? et alioz: et iō rōnes po
nem? p̄ ipm̄ efficaces et soluem? rōnes suas.
Dico q̄ q̄ oē q̄d inuenitur i aliq; et nō nāliter
gnātū ē i illo necesse ē q̄ aliūde venerit i ipm̄
aqua aut̄ inuenit̄ in viscerib? terre et nō gnā
tur ibi nālī: q̄ nihil gnātur nālī ex locū suū
ergo oportet q̄ aliūde venerit i viscera ipsi?
nō aut̄ potest esse nisi in fluxum aque in ter
ram. ergo aqua a superficie terre sūt in vis
cera terre. Si autem dicat aliquis q̄ illa non
est aqua pluuie. Dico ergo q̄ argumentum
generale est de omni aqua siue sit pluuie siue
alia: adhuc constat q̄ metalla generātur sub
terra plus q̄ ad trecentos pedes: ergo oportet
q̄ sit vaporabile humidum quod est ma
teria ipsorum. vaporabile aut̄ humidum nō
est nisi ab alto descēdēs: ergo impressiones
humide ab alto cadentes super terram mul
to p̄fundius descēdunt q̄ dicit Seneca.
Adhuc autem quanto aqua subtilior est tan
to est magis penetratiūū sicca aqua impressi
onem ab alto descendentūū eo q̄ rara substā
tia cōuersa et subtilior est omni alia aqua: er
go illa maxime ē ad interiora terre penetra
tiua: ergo profundissime vadit aqua pluuie.
Adhuc aut̄ valet experimentum fossorū me
tallorū vbi vidimus oculis nostris in tempore
pluuie per lapidem soliditatem montis gut
tas pluuie distillare ad profunditatem cen
tum et xxx. passuum: vnde q̄d dicit Seneca
nō habet inde rationem nec ipse bene sciuit
philosophiam naturalē. Unde dicendū q̄
cū descēdit pluuia dupliciter madefacit. ma
det enim tota terre superficies ex cōi descēsu.
Adadet etiā plus aliqua ps eius nisi vbi aq̄
stagnat uel paludatur uel in vno receptacu
lo collecta absorbet: et p̄ma quidem madefa
ctio guttarū est modica et p̄t esse q̄ i magna
pluuia profundat̄ ad. x. pedes: Sc̄da autem
madefactio ē vehemens et est in loco specia
li vbi terra p̄tinet plurimas aqs collectas et
p̄ fr̄e porū aliquē uel spōgiositate effūdīt aq̄
illa vsq; ad interiora terre viscera. Q̄d autē
sc̄do dicit q̄ flumina erūpūt saxis icōsidera
te ē dicitū: q̄ licz erūpat de saxo: tñ collectio
ministrās aqs anni ē sub saxo et aliq; cā ele
uāte accipit exitū a saxo sepi? sicut inferius
ostēdemus. Q̄d aut̄ tertio dicit de puteis iā
solutū ē: q̄ h̄ potī? ē p̄ eū cū supponat falsum
s. aquas nō descēdere vltra decē pedes in p̄
fundū. Q̄d aut̄ q̄rto dicit solui? sic secūdū et
nos infra loq̄mur de hoc q̄re aque frequētī?

oriunt in locis altis. sic g patet Seneca in p
te non verum esse.

Capitulum. v. de modo collectiois aquarum sub terra.
Eadem g ad propositum declarantes q
lit aqua gnanit in terra magis q in fre su
pficie? Dico g q aqua profundate sub

fra no sut separe in tot locis sic sut i superficie
fre. Sed ut at ca e: q i superficie fre separe p par
ua loca vallium z depressionu z stagnatur z pa
ludant in eis: s sub fra receptaculu aqua paruu
e no pot: qz iplet terra pmete ipm z io no e
s sub fra receptaculu nisi sit vastu z aplu fortis
sima hns latera: z i illo multe cōgregant aqua
ex diuersis venis z currētes vñ sic z gregat
gutta cu gutta ad faciēdu paludē uel stagnū
ita z gregat vena cu vena ad iplēdā vastā vo
raginē subterraneā q efficit pncipiū fluxus aqua
qz ibi paulatim cōprimūtur aqua z gregant ad
inuicē z fit ex eis pncipiū māle cursus flumi
nū aliqru. Et signū hui? e q accipit a sensibi
li expimēto: illi eni q fodiūt puteos ut exha
aqua fodiūt iuētētes loca multa multarum
venarū. oēs aut illas venas aggregāt ad lo
cū vñū cū fluxu earū z sub illo fluxu fodiūt in
fer? z faciūt foueā in q colligunt fluxus illa
rū venarū z vbi ita foueā foderēt venarū qli
bet trāsmearēt ad locū aliū vbi sub fra specū
inueniret z io faciētes foueā in medio vena
rū qsi amputāt viā p quā fluere zseuerant z
sic retinēt eas z vñnt illa fouea p radice et
pncipio indeficiētis aqua in puteo.

Capitulum. vi. de digressio declarans q
lit aqua sub nām illabitur terre.

Est aut h attendēdum q licz s m ordi
nē elemētoz z gregatio aqua sit sup ter
rā eo q ipsa sit leuis i terra sic in celo
z mūdo mōstratū ē tñ fra illabit rā ex pluuiis
q ex alijs impfioib? i altis gnāris qz etiā ex
ppo loco ei? q est ocean? q amphitricus vo
cat: cui? sūt. iij. rōnes: qru vna potissima est
qz sic nos des mīauim? i scia supiori libri ist?
z libri de gnāride z corruptioe elemēta aliū
motorē hnt q inclināt ipsa ad locū suū: z aliū
q mouet ipsa ad mixtionē z locū mixtiois: qz
motor mouēs ipsa ad loca sua est gnāns ea q
cū dat eis formā dat eis zsequēs formā qd ē
loc? z motū ad locū ppiū sic in. viij. phicoz
est pbatū. Adouēs aut admixtionē z locum
mixtiois ē mot? sol z altaz stellarū in circulo
obliq? q est zodiac? z i circulo recto q ē eqno
ctial? z facit ascēdē mare qd amphitricus dī
sup lit? z subtili? ē in fra labi z facit ascēdē in
forma vaporis aqua i aerē z descēdētes labi i
frā vbi iueniūt locū declinē z porosū vsqz ad
viscera fre declinātē: qz alit nō fieret mixtio
ad oīa nālia gnānda. Quidē? etiā infra q p

cipue circulo lune facit h in aqs sic circulo so
lis facit i igne: z spera stellarū fixarū i terra: et
qnc? spera alioz planetarū mouēt aerē z h est
qd qdā antiq dixerūt q influxus aquarū z i ter
rā est a nā vli z nō a particulari itelligētes per
nām vlem celū z motorē z motū ei? z p nāz
particularē motorē q generat elemētū. Scda
autē ca ē infiniuitas aqua: qz leuior sit qz
terra tñ vndiqz fluit ad ipsam ex nā hūidi qd
qrit t minū alienū z cū hūidū sit subtile z sibi
le sit penetratiuū ptiū: ut habet in. ij. de gnā
tione z corruptioe: penetrabit aqua in gssū terre
z p tnebit inter ipsam. Tertia ca sive rō ē cir
cular? gnatio elemētoz ex hac eni quodlibet
itrat i quodlibet cū mouet ad formā ei? z h p
cipue ptingit i tractu elemētoz: qz ibi potissi
me pmixta sūt. Quarta z vltia ē Seneca. f.
loc? denex? sūt eni in fra loca denexa decli
nātia ad qdā loca fre z caua z io aqua necessa
rie denexatiois cū mota fuerit uel ceciderit
sup altitudinē denexitatis declinabit ad pca
uum fre. Dico aut cū mota fuerit sup alterū
denexi illi? p p amphitricē q in mot? lune gib
bū fre ascēdit z p denexuz fluit ad fre pcaui
tates. cadētes autē aqua sup denexas vias fre
sunt ille q descēdūt ab hūidis impfioib? ae
ris: lz g vniuscuiusqz omogenū ps ad suuz to
tū nālit z gregēt z ad locū suū totū uel ad lo
cū illi ppiū. Adhuc aut quous corpis omo
genū sit loc? ad motū vnuz i toto z i partib?: qz
idē ē mot? fre totū z glebe tñ aqua cadētes nō
oēs cadūt i mare z cadētes i circuloz fre nō
oēs redeunt ad mare neqz pmanēt i superficie
fre vbi ē nālis loc? aqua p rōnes q dce sunt
ptē eni ad totū nō iclinat nisi gnāns qn ps ē
ex locū totū? nec i loco ppinq? stat eo q nō ter
minet ppo fmino nec redeunt ad totū eo q
mouēs admixtionē mouet i oppositū: elemē
ta nō eni p se creata z ordinata sunt h post
elemētū noiat nāz ordiatā ad aliqd qz corp?
cōpletuz i nā: z io mō materie mouent ad p
fectioēz gnātois mixtū q sūt vltimi fines nāe.

Capitulum. viij. de locis i quibus oriuntur fon
tes z flumina.

Edeutes at ad propositum loqmur ut d
loco origis fontium z fluminum dicētes:
q frequētī flunt magis flūma ex mō
tib? magnis uel si nō flūt ex ipis mōtib? tñ
ppinq? iux mōtes sūt origines eoz. Quā at qre
apparēt origines aqua ex mōtib? z loci altis ē
q dca ē qz ibi videlz s mōtib? z loci alijs sūt
vaste pcauitates theari ros z copias hntes
plimaz aqua. oppositū at h? ca ē qre i pedib?
mōtū lōge ab ipis mōtib? i loci planis nō fre
quēt oriūt aqua: z si oriūt sūt pauca z deficient?
fluxus. Loca eni alta z montuosa interi? sūt

no qd est aliuz motor
imp ad fontē z locū et al
iij admixtionēz. iij
dubie tēre p ostendit
illud qd dicitur. fontēz

no qd est mōtib? oriuntur fontes

ficut spongia spissa que calore suo fugit & tra-
hit ad se aq̄s de copia aquarū quā h̄z in pfundo
vaste cōcauitatis q̄ est sub ipso loco alto
uel mōtuoso sicut nos infra ostēdem⁹ et de-
mōstratio quidē q̄ ex talib⁹ locis aque ma-
gne oriūtur est p̄ inductionē & experimētuz.
Sophiste enim disputātes & disceptātes de
terre rotunditate instāt geometricis dicēti-
bus terrā esse rotundā p̄ montē qui dicit̄ cal-
dicus q̄ mons magn⁹ & excelsus valde adeo
quā aliq̄s ascēdit ad ip̄m videt mare qd̄ lōge
distat ab eo in tm̄ q̄ illi q̄ sunt i plano sub mō-
te versus mare nullos fines p̄pinquos ma-
ri magno p̄spicere p̄nt. Est aut̄ mōs hic sit⁹
sub meridie vsus signa in quib⁹ oriē sol i hie-
me & puto q̄ hic mōs sit̄ Athlas: q̄ ille ē in
meridie fm̄ cosmigraphiam Julij cesaris.
Zadare aut̄ qd̄ videt̄ ex ipso est amphitrix:
a quo oriunt̄ maria reliq̄ & flumina & ex isto
monte flumina magna oriunt̄ q̄ forte de am-
phitricē copias trahūt aquarū: s̄ in mōte ori-
unt̄ & eodē ex mōte q̄ vocat̄ Caucasus oriū-
tur flumina magna multarūz aq̄rū: h̄ ē mōs
sicut d̄i in cosmigraphia Julij cesaris cum
mōte Tauro ē in oriēte vsus aq̄lonē nō lon-
ge a Tanro mōte ita ut qd̄az credāt q̄ Tau-
rus mons sit̄ ad iugum eius sicut dicit̄ in ri-
nerano Antonij augusti & nascunt̄ ex mōte
illo fluii? Adats & fluii? Thesimō & fluii?
Sisis & fluii? Lorechostes & fluii? Tunis &
fluii? Spiramos: hic autē mōs maior oib⁹
mōrib⁹ est oriētālib⁹ tendētib⁹ ad aq̄lonē & si-
gnificatio sup̄ magnitudinē hui⁹ mōtis ē q̄
illi qui habitāt sub ipso in loco isertori videt̄
radios solis i mōte isto in cacumine donec
p̄ranseat tertia ps noctis in sero in occidē-
te: & in mane añ tres horas ori⁹ diei vident̄
iterū in oriēte in ipso radio solis vñ ipsi ra-
dijs solis nō occultant̄ nisi p̄ tertiā ptem no-
ctis: h̄ ē per. iij. horas eq̄les fm̄ q̄ tora nor-
diuidit̄ i. xij. horas. Aliud aut̄ signū mag-
nitudinis ei⁹ ē magnitudo sūdameri ei⁹ vnde
in cosmigraphia d̄i q̄ mons Caucasus inf̄
Colchos qui sunt sup̄ cymicer mare & inter
albanos qui sunt ad mare caspiū p̄mū arrol-
lit̄ cui⁹ quidē vsq̄ ad vltimū oriētē vnde vi-
detur iugū: s̄ multa iunt̄ noia & multi hic iu-
gū tauri multū mōtē crediderūt: q̄ reuera p̄
coaturas mōs armenie inter mōtem taurū
caucasum medrus cōtinuare taurū cum cau-
caso existimat̄: & iō larissimū & multas fras
occupās h̄z sūdamerū: & testes sunt hoies q̄
habitāt sub eo & p̄cedūt ab eo q̄ illi multarū
nationū & multarū sunt linguarū sub isto mō-
te flumina multa oriūtur sic dictū ē & sūdame-
tū ei⁹ sup̄ qd̄ stat mōs erit iugū ei⁹ & rotūdū

& eleuatū ab initio sui vsq̄ ad vltimū ei⁹ qd̄ ē
valde distās: q̄ ut dictū est q̄ tēdit̄ vsus vlti-
mū orientē. funus vō q̄ ut puto vocat̄ olym-
pus mōs est qui ē in occasu sol̄ apud eq̄nocti-
alē ex q̄ oriunt̄ duo magna flumina & s̄lt̄ ex
pte meridiei & de ethiope fōtib⁹ p̄cedūt flu-
mina maḡ q̄ noiant̄ s̄dermis & zerus & La-
thailis q̄rū fluiorū effusio ē in mare magnū
qd̄ circūdat̄ trā qd̄ ē amphitricē. Illyl⁹ aut̄
qd̄ fluit̄ meridional̄ currit de sub mōte q̄ vo-
cat̄ Suris: nō tñ oriē in ipso: q̄ sic d̄i i cosmi-
graphia i exordio suo: Illyl⁹ de secretionib⁹
p̄mit & in Ethiopia facit locum magnū qui
currit i circulo istāgnās milia cētū q̄nq̄ginta
tria: & exiēs ab eo puenit p̄ cathactas iteri-
ores i egiptū & itez de s̄b mōte q̄ vocat̄ seme-
xtus currit tria flumina & i alijs loci de s̄b fra
currit flumina maḡ sic Danubi⁹ de alpib⁹: et
Rodan⁹ & Ren⁹ de mōte septio: & albia de
mōtib⁹ boemie: & chymis & athysis de mōti-
b⁹ alpiū alamane & mltā alia flumina p̄ef ea
q̄ nō noiam⁹: v̄ez i his q̄ noiata sūt ē sufficiē-
tia ad p̄bationē ei⁹ qd̄ volum⁹: de cognitōe
ei⁹ qd̄ p̄cessit de sermone n̄ro. s̄ q̄ flumina oriū-
tur de mōtib⁹ frequent̄ & de loci altis. Illoia
aut̄ mōtū i fluiorū mō mutata sūt sic & post
nos mutabunt̄ & iō sūt ignota. Tñ ex dictis
p̄stat p̄ductionē q̄ tā in meridie q̄ aq̄lone: &
tā in oriēte q̄ i occidēte fōtes & flumina ut fre-
quent̄ oriūtur de mōtib⁹ & locis altis: q̄ vlt̄
p̄cludi pōt q̄ origines fōtū & fluminū sūt ex
mōtib⁹ & locis altis: sive aut̄ fōtes & flumina
p̄ncipiū māle hūt ex imp̄ssidib⁹ ab aere descē-
dētib⁹ sic sup̄ dixim⁹ sive etiā p̄ncipiū hēant
ex amphitricē de q̄ ista dicem⁹ sp̄ h̄ ē v̄ez q̄
p̄ncipia fōtū & fluminū nō sunt de terminatis
aq̄s i quātitate & h̄ p̄tigit q̄ aer & fra resoluū-
tur & sūt aq̄: & q̄ vapores resoluti veniūt ab
alto & aq̄ ab ill̄ gnāta vadit i fōtes & i pfundū
terre & i pfundo mariū & fluminū: qd̄ aut̄ de
mōstrat̄ illud ē q̄ maria & flumina currentia
paulatim aperiūtur & aggregant̄ & augent̄ in
pluujs & diminuunt̄ in tpe siccitatis.

Capitulū. viij. & ē digressio declarās opi-
nionē Senecę: & de p̄ncipio materiali fon-
tū & fluminū.

Eneca aut̄ de māli p̄ncipio fōtū et
fluminū qd̄a vera: qd̄a vō falsa dicit̄
hec at̄ sūt v̄ba sua in libro. ix. q̄onū: q̄
dā estimat̄ quēadmodū in exteriori pte fraz
vaste paludes: iacent q̄z magni lac⁹ & maria
ingēt̄ spacio porrecta sūt iteriora fraz abū-
dare aq̄s dulcib⁹ neq̄ min⁹ illas late stagna-
te q̄ apud nos: oceanum et go ex illa pfun-
da copia isti omnes generantur quos quid̄
miraris si destructos terra non sentit cum

adiectos mare nō sentit. Alij hīc terrā inter se recessus cauos ⁊ multuz spūs q̄ necessario frigescit vmbra graui p̄fūs: deinde piger ⁊ in motū tū se ad aquā definit fere quertit: et quēadmodū sup nos imbrē: ita infra nos flumē facit: supra nos aut nō pōt diu segnis stare: q̄ aut sole attenuat: aut v̄etus expādit: et ideo interualla imbrū sunt sub terra non q̄ illū in aquam quertit idē sp̄ est. s. vmbra p̄petua: si iḡ eternū in exercitata dēsitas sp̄: q̄ p̄bebit fonti an̄ flumē cās: adicias his q̄ sūt oīa ex oibus elemētis ex aqua aer ⁊ ex aere aqua. q̄re q̄ non ex terra fiat aq̄ que si in alia mutabil̄ est quare nō in hanc. vtraq̄ autē cognata res est hui⁹ sicut Seneca quoddā ē verū ⁊ quoddā falsū: q̄ enī ibi aque ita late stagnēt sicut apud nos oceanū ex hoc falsū p̄barur: q̄ totū terre circulus exterior minor ē q̄ oceanū: s. interior p̄cauitas terre minor i. cōparabil̄ q̄ exterior circulus terre: cū ergo nō possunt stagnare i p̄cauitate aliq̄ nō possunt ita late stagnare sicut ocean⁹: alia q̄ dicit p̄babilia sunt.

Capitulu. ix. ⁊ est digressio declarās opinionē Theophrasti de p̄ncipio māli aq̄rū.

Scit aut Theophrastus cui⁹ s̄miaz ponit Seneca in hec v̄ba sub terra minus nota nobis nature iura sūt: s. nō min⁹ certa credere p̄tra q̄cqd vides supra illic spec⁹ vaste sunt ingēs q̄ recessus ⁊ spacia suspēs hinc ⁊ illinc mōtib⁹ laxa abrupti in infinitum hiat⁹ qui sepe illapsas v̄bes receperunt: hoc specu plena sunt ⁊ stagna plena tenebris ⁊ obsēsa ac locis amplis alia illi innascuntur tarda ⁊ in forma ut in aere ceco pinguis q̄ p̄cepta ⁊ in aquis toz p̄tib⁹ sicca pleraq̄: x his ceca ut talpe ac subtraneī mures q̄busdā est lumen: q̄ supuacū effert inde ut Theophrastus affirmat q̄busdā locis pisces oriūtur secentū paria Idindiam v̄bē tales quidā ex hūissent perierūt quicūq̄ illos ederent pisces quos ignoto celo nouus ann⁹ oīdit nec mirum: erant enī corpa pinguis tenebris saginata lucis expertia ex q̄ salubritas ducit nasci posse pisces in terraz p̄fundo sit iudiciū q̄ anguille latebrosos locis nascūtur grauis ⁊ ipse cibus vtiq̄: si altitudo loci ipsas ascōdit: h̄z q̄ venas nō tūm terra ex q̄ p̄tinuo flumina effici p̄t: s. amires magnitudinis vaste quoz alijs in occulto sp̄ via ē donec aliquo mure terre deuozent: alijs sub aliq̄ lacu emergūt adhuc addit Seneca sic dicens placet nā regi terram ⁊ ad nostrorū corpoz exēplar in quib⁹ vene sunt arterie ille sanguis hec spūs receptacula sit in terra sunt alia itinera p̄ que aque: alia p̄ que spūs

currit que ad similitudinē humanoz corpoz nā formauit ut maiores n̄i aquam appellauerūt venas: sicut q̄ in n̄ris corpozib⁹ sanguis vena su a terra vena riuus aut flumen effundit: ex his patet fm̄ dicta p̄hoz sub terra eē receptacula ⁊ vias aq̄rū ⁊ multas copias aq̄rum esse in ipsis.

Capitulu. x. ⁊ est digressio declarās cām efficiētē p̄cauitatū terre.

Teret autē aliq̄s qd̄ in terra fecerit hec receptacula: corp⁹ enī de natura sui p̄tinuū ⁊ omogeneū nō intercipiatur aliq̄ vasta p̄cauitate: tale autē corpus ē terra ⁊ ideo p̄cauitates non videt hīc. Adhuc autē q̄libet pars grauis corp⁹is festinat ad cētū: q̄ vna in circuitu cōprim̄ circa altā ⁊ sic videt q̄ vna nō distet ab alta per p̄cauitatez aliquam. Adhuc autē videt h̄c p̄tra effectū qualitātū terre q̄ sunt frigidū ⁊ siccū. frigidū enī stringit ⁊ h̄z motū ad cētū sicut dicim⁹ in libro de gn̄atione ⁊ corruptiōe: ⁊ id continuar p̄m p̄ti ⁊ ita videt q̄ nō permittit tales in fra fieri p̄cauitates: siccū etiā vbi ē cū frigido ē str̄ igit: q̄ ipsū est id siccū q̄ hūidū ab eo ē exp̄sū vñ cōstat q̄ simul ⁊ sp̄isse sunt pres ei⁹. Adhuc autē ⁊ zeno obicit negās q̄ aque moueant ad p̄cauitates terraz: aut enī mouent ad vacuū: aut ad plenum. Si ad vacuū tunc sequūtur duo in cōueniētia quoz vnū est q̄ vacuū est. alterū aut q̄ mot⁹ est ad vacuū. S̄z cū vacuū sit incorporeū: q̄ mot⁹ corp⁹is erit ad incorporeū spaciū: cum autē eadē rōne q̄ ad vacuū mouēt vnū corp⁹: omne corp⁹ moueat ad ipm̄ sequeret q̄ oē corpus moueat nāl̄ ad vnū ⁊ idēz qd̄ est p̄tra oēm nām. Si autē mouet ad plenum cōstat q̄ non ē nisi aere uel vapore plenu: aut igit ingrediēte aqua egredit aer: aut nō. Si p̄mo mō aut p̄ eadē viā egredit: aut p̄ aliam. Si p̄ eadē egredit tunc aque fortis erit aer uel vapor: si cut aqua ingrediēs qd̄ falsū ē: q̄ aqua impediet ne p̄ idē foramē possit exire. Si autē per aliud egredit tūc opteret radē q̄ aer exiret: ⁊ aq̄ impleret illa p̄cauitas ⁊ tūc nō ampl⁹ eēt receptus aq̄: q̄ iā dudū oēs p̄cauitates aq̄s eēt replete ⁊ iā nō h̄ent vbi se recipient pluuie ⁊ aq̄ alie frā influētēs qd̄ falsū ē. Si autē recipiunt aq̄ ille i plenu tūc duo corpa erūt eodē loco qd̄ apud nām ē impossibile sic i libro p̄hicoz ē demonstratū. p̄p̄ hec ⁊ his s̄nta dicim⁹ q̄ fra nāl̄ quātū ad nām p̄ricularē ē solida: p̄tinua autē calore sol⁹ ⁊ stellarū agēte in ipm̄ hūidū qd̄ erat i poris ei⁹ exalauit ⁊ facti sunt pori ⁊ foramina concaua sicut exp̄fese videtur in locis paludosis exsiccat̄ vbi terra scinditur: et fiunt ille scissure magne

Solutio q̄stionis.

in terris calidis & in tpe calido. sicut aut fit i
 supficie terre ita e sub terra q vapor grega
 tus & inclusus exalare no potens resoluat ter
 ra humorosam & facit spec^o in ipaz & tantus
 pot esse q si solida e sup ipm e euat eam & fa
 cit ea monte collem paruū uel magnuz eo q
 vaporosu querit maiorē locū: & id sub monti
 bus hui^o spec^o frequēti^o sunt. Si aut loc^o nō
 est solidus sup vaporē aliqñ scindit locum &
 qñ est calid^o: aliqñ eicit multos cineres sic
 nos infra dicem^o. sed ad pñs sufficit q ipse
 psumēdo humidū & subtile terreū & eleuan
 do terrā facit spec^o magnā uel paruā fm vio
 lentiā ipsi^o: & hec ē cā pcauitatū sub terra & i
 terre supficie vnde aliudē q a terre nā est q
 terra ē hñs multas pcauitates & p hoc pz so
 lutio ad tria pma. Ad dubitationē aut ze
 nonis dicēdū q aqua mouet ad plenū: q: cō
 cauū i lud ē vapore plenū: & ingrediente aq
 in pte vna egredit vapor uel aq in pte alia: s
 vtrū sp regenerat & ppf hoc nunq deficit.
 aqua eni sp subintrat & vapor p̄tinue genera
 tur a radis sol tanq ibi in locis solidis gre
 gatis. Solida eni loca magis trinēt calozē
 & vaporē q alia loca sic nos infra pbabim^o.
 Capitulū. xi. de cōi māli pncipio aquarū:
 & vtrū mare habeat finē in aq̄lone.

Edeam^o q ad ppositū oñdētes cōe
 pncipiū omniū aquarū indeficientiū.
 Pncipiū aut cōe omniū aq̄rū in
 deficientiū est ex mari qd vocat Amphitri
 ces siue ocean^o: ex pluuijs eni pnt recipere
 additōnē & diminutōnē: s̄ indeficientiam
 aquarū recipiūt ex oceano. Ad sanāt eni ex
 isto mari flumina multa & ipz ē mare fluēs ab
 aq̄lone in meridie sic infra ostēdem^o. Aqua
 aut q est in ipso mari fluit ex ipso in terras ut
 faciat flumē in loco q noiat Lurat^o: p̄fundo
 aut ei^o ex pte septētrionis nō est finis ppter
 spaciū sue p̄fuditatis & longitudinē sue p̄ca
 uitatis: neq p̄t alias puenire ad lōgitudinē
 illi^o p̄fudi. cū eni ipm sit circa totā terram qñ
 terre cingulū & incipiat ab aq̄lone & veniat p
 orientē & meridiē redit p occidentem in aq̄lo
 nē: & id terra nō apparet arida sub polo aq̄lo
 nari. Sed locus maris amphitricis incipit
 circa polū aq̄lonarē & aliq̄d lit^o est sub^o non
 sub polo: s̄ vltra polū apud antipodes ita q
 rotūdū terre ē in p̄cauo aq̄ vndiq̄ circa fraz
 a polo vsq̄ in polū ita q terra vsus. iij. pun
 cta oriētis & occidentis & aq̄lonis & meridiei
 nusq̄ apparet: sed tegitur aquis & artus ma
 ris ē altior qd est in supiori emisperio terre:
 & ad lit^o qd est i emisperio inferiori rectū vñ
 eius imaginatio ē q accipiat globus ligne^o
 uel crupre^o & signent in eo. iij. p̄ccta oriētis

& occidentis aq̄lonis & meridiei: beinde circa
 illa puncta in arcu supior: ad latitud. nē duo
 rū digitorū circulus assignet in globo & infe
 rius circulus ali^o signet in eodē globo eq̄lū
 supiori distās a punctis eisdē & fm quātū ē
 latitudinis q est inf circulos cōponat circu
 lus cere circa globū: dico eni q tūc globus ē
 sicut terra & cera sicut amphitricis: & quanti
 tas latitudinis amphitricis ē sicut spaciū
 de circulo in circulū: q: illi circuli sunt signa
 litoris amphitricis ex qua imagine pz: q: p
 fundū amphitricis ex pte aq̄lonis nō pot ac
 cipi: q: ibi in nauigabile ē a litore in lit^o & a li
 tore in lit^o ē p̄fundū sue cōcauitatis. Longi
 tudo aut ei^o est a polo in polū per occidentem
 in pte vna: & p orientē in parte alia. Nō enim
 pot eē q ita dicat infinitū q actu finē nō ha
 beat: q: nullū corp^o sic ē infinitū: sed q: in aq̄
 lone plurimū aquarū est q: alibi & ppf frigus
 & tēpestates ē immeabile. hui^o aut cā redde
 in tractatu sequēte isti^o eū dē libri. Ex h̄ igi
 tur mari egrediunt mediterranea maria i oi
 bus q̄rtis mūdi: & flumina & fōtes multi ide
 ficientiū aq̄rū. Ex pte aut aq̄lonis in q̄rta oriē
 tali fm mēsurā tricētorū passūū a litore p̄fun
 di maris i trib^o locis egrediūtur a mari isto
 fōtes plurimū aquarū: sicut q: dicit P̄sisci
 anus i libro quē P̄terigis ipse vocauit eo
 q sit de itinerib^o vsificē p̄posit^o: & sicut dicit
 Cosmographia s̄ Julio cesare descripta hec
 quarta nouē maria h̄z mediterranea: & xix.
 magna flumina. submergunt aut fontes isti
 in loco qui dicit Algabustus qd nomen mo
 do mutātū est: deinde manāt in loco alto for
 te a mōtib^o & altis locis sicut caucasa & tau
 ro & alijs mōtib^o isti^o quarte. Inf cetera aut
 q egrediūtur de mari oceano p modū fōriū
 est vnū qd suo tpe Radanix vocatū ē adeo
 q naues portare possit.

Capitulū. xij. & ē digressio declarās hoc
 qd ē eleuās aq̄s ad hostia suor fluxū.
 Ueret aut qd cū aque siue sint in am
 phitricis: siue sint in pcauitatib^o non
 nāliter exeant a locis illis & effluāt
 in terrā que sit eas eleuans ex locis suis ad
 hostiū fluminis: uel fōtis. nullū eni corp^o fm
 naturā mouet ad locū vnū & eūdē & de illo. s̄
 si mouet fm nām ad ipm tūc fm violētiā re
 cedit ab ipso sicut patet in motu terre deor
 sum & in motu ignis sursum. Ad buc au
 tez quia aqua grauis est plus q̄ leuis. & ideo
 descendet fm naturam in loca concava: tū
 tur fm sui naturam nō eleuabitur a locis cō
 cauis ad hostia fluuiorum & fontium siue ve
 niat a mari: siue a p̄fionibus humidis ab
 alto ad terram descendētib^o. Ad hui^o aut

in terris calidis & in tpe calido. sicut aut fit i
 supficie terre ita e sub terra q vapor grega
 tus & inclusus exalare no potens resoluat ter
 ra humorosam & facit spec^o in ipaz & tantus
 pot esse q si solida e sup ipm e euat eam & fa
 cit ea monte collem paruū uel magnuz eo q
 vaporosu querit maiorē locū: & id sub monti
 bus hui^o spec^o frequēti^o sunt. Si aut loc^o nō
 est solidus sup vaporē aliqñ scindit locum &
 qñ est calid^o: aliqñ eicit multos cineres sic
 nos infra dicem^o. sed ad pñs sufficit q ipse
 psumēdo humidū & subtile terreū & eleuan
 do terrā facit spec^o magnā uel paruā fm vio
 lentiā ipsi^o: & hec ē cā pcauitatū sub terra & i
 terre supficie vnde aliudē q a terre nā est q
 terra ē hñs multas pcauitates & p hoc pz so
 lutio ad tria pma. Ad dubitationē aut ze
 nonis dicēdū q aqua mouet ad plenū: q: cō
 cauū i lud ē vapore plenū: & ingrediente aq
 in pte vna egredit vapor uel aq in pte alia: s
 vtrū sp regenerat & ppf hoc nunq deficit.
 aqua eni sp subintrat & vapor p̄tinue genera
 tur a radis sol tanq ibi in locis solidis gre
 gatis. Solida eni loca magis trinēt calozē
 & vaporē q alia loca sic nos infra pbabim^o.
 Capitulū. xi. de cōi māli pncipio aquarū:
 & vtrū mare habeat finē in aq̄lone.
 Edeam^o q ad ppositū oñdētes cōe
 pncipiū omniū aquarū indeficientiū.
 Pncipiū aut cōe omniū aq̄rū in
 deficientiū est ex mari qd vocat Amphitri
 ces siue ocean^o: ex pluuijs eni pnt recipere
 additōnē & diminutōnē: s̄ indeficientiam
 aquarū recipiūt ex oceano. Ad sanāt eni ex
 isto mari flumina multa & ipz ē mare fluēs ab
 aq̄lone in meridie sic infra ostēdem^o. Aqua
 aut q est in ipso mari fluit ex ipso in terras ut
 faciat flumē in loco q noiat Lurat^o: p̄fundo
 aut ei^o ex pte septētrionis nō est finis ppter
 spaciū sue p̄fuditatis & longitudinē sue p̄ca
 uitatis: neq p̄t alias puenire ad lōgitudinē
 illi^o p̄fudi. cū eni ipm sit circa totā terram qñ
 terre cingulū & incipiat ab aq̄lone & veniat p
 orientē & meridiē redit p occidentem in aq̄lo
 nē: & id terra nō apparet arida sub polo aq̄lo
 nari. Sed locus maris amphitricis incipit
 circa polū aq̄lonarē & aliq̄d lit^o est sub^o non
 sub polo: s̄ vltra polū apud antipodes ita q
 rotūdū terre ē in p̄cauo aq̄ vndiq̄ circa fraz
 a polo vsq̄ in polū ita q terra vsus. iij. pun
 cta oriētis & occidentis & aq̄lonis & meridiei
 nusq̄ apparet: sed tegitur aquis & artus ma
 ris ē altior qd est in supiori emisperio terre:
 & ad lit^o qd est i emisperio inferiori rectū vñ
 eius imaginatio ē q accipiat globus ligne^o
 uel crupre^o & signent in eo. iij. p̄ccta oriētis

Q
 p 20
 22

no qd qm hinc sequit

dubitatiōis enodatiōē reuocanda sunt ad
 memoriā supius digesta. Nos enim dixi-
 mus calidissimos vapores gnari sub tra ex
 trino motu radioꝝ solis & stellaz super eaz
 & hos aliqñ exalare: aliqñ auteꝝ a locis soli-
 dis trineri & tūc impu. si in loca p̄caua & tri-
 nue ibi generari ex trino ad terrā solis ap-
 p̄opinquatione: hi ḡ vapores sicut nos oñ-
 demus etiā sunt in fūdo maris aliqñ exalan-
 tes: aliqñ aut̄ trino retēti in aliq̄ loco ipsi
 solido in suo pfundo: & exalantes quidē coo-
 perates ad influxū maris & refluxū sicut ali-
 bi dicemus. recenti autem faciunt fontes si-
 cut & in terra. Modus aut̄ eleuatiōis ē iste
 vapor sub terra p̄tentus & reflexum in se ad
 solidū p̄caui superius calefacit & calore aq̄s
 defubtus attrahit. Itēq; in aq̄s solidis pari-
 eribus p̄cauitatis reflexus ebulliendo sic vē-
 tus quidā inclusus eleuat sursū & cū cōtinua
 actione sua ad mōtis latera necessario aliqñ
 apperiat poruz per illū aqua incipit effluere
 p̄ deueruz loci qd̄ in exteriori pte inuenit: ex
 his patet quare aque effluunt a principio sui
 ebullietes. cū enī p̄mo tangit frigiditatē ex-
 teriorē tunc sc̄da aduenit sub illa a vapore i-
 pulsa: & tertia venit vicinior vaporū ipellēs
 sc̄daz & sic fit vsq; ad illas in q̄s mediate agit
 vapor inclusus: & iō saltates aque ab hostijs
 suis eff. ut sic olla bullit. Sicut aliq̄s ebi-
 ciet q̄ cū vapor inclusus eleuās aquas ad ho-
 stia sit calidus debēt aque egrediētēs esse ca-
 lide nisi frigiditas exterior: i trariū operet.
 In estate aut̄ nihil in cōtrariū opat̄ frigiditas
 exterior: s; pot̄ caliditas exterior interiorē
 coadiuuat caliditatē ergo aque fontiu
 in hostijs suis debēt esse calide cū trariuz
 patet ad sensum: q; in estate sunt frigide: in
 hieme at̄ calide & p̄cipue vbi ē magnū gelu.
 Solutio aut̄ huius dubitatiōis est q; i locis
 cōcauis due recte superficies vna interior: et
 vna exterior. Interior aut̄ calida & valde et
 cū cōtrariū expellat trariū sicut sepe dictuz
 est supra totam terre & aque frigiditatem ex-
 pellit. Interius calidū ad crustaz terre supe-
 riorē: et hec est vna cā frigiditatis mōtiuz
 cū ergo aq̄ eleuata ē calida calore nō ignito:
 sed vaporatio ab interiori p̄cauo ad hostiuz
 p̄mū istius p̄caui qd̄ ē sub terra ad longū spa-
 ciū: nō qd̄ directe in pfundū: s; ex trāuerso
 sub crusta terre uel lapidis exteriorē frigescit
 aq̄ vehemēt̄ p̄ frigidū expulsum in crustaz
 illā: q; q̄ epulsi a suo p̄rio fontio: ē effectus:
 & iō ipa statim densat̄ & raritatē amittit: & egre-
 dit̄ vehemēt̄ frigida a talib; locis: & hec ē
 cā q̄re in locis paludosis nō est adeo frigida
 sic in montib;: q; loca illa rara sunt & nō soli

da: & nō multū trineria frig: & caliditas sub
 talib; locis nō est multa q̄ frig: ad exteriorē
 expellat. In hieme at̄ ē qd̄ ali; calor: i extre-
 ma superficie terre diffusus a q̄ plāte nutriunt̄
 & p̄ualescūt & ille p̄flus p̄ gelu terre exteriori
 rib; poris p̄clusus verrit̄ i aq̄s & facit eas te-
 pidas: s; b; signū ē q̄ quāto mai; ē gelu in hi-
 me in terris adlonarib; rāto purei magis su-
 māt & cū gelu remittat̄ tūc nō sumāt: s; infri-
 gidant̄ aq̄. Fluuz aut̄ lōge fluētēs a suis ho-
 stijs multū recipiūt gelu aeris & iō in hieme
 infrigidant̄ & aliqñ p̄gelant̄.

Capitulu. xij. de cā q̄re fōtes aliqñ exic-
 tur & fiunt noui fōtes & flumina vbi ante nō
 fuerunt.

Edeam ḡ ad p̄positū inuestigādo
 cām q̄re fōtes & flumina aliqñ exic-
 cant̄ & sūt noui fōtes: & noua flumi-
 na aliquotiēs i locis vbi an̄ nō apparuerūt.
 Dico ḡ q; in q̄busdaz locis marium ē aq̄ per
 aliq̄ d̄ r̄s & deinde maria amittūt aquā & aq̄
 eoz effudit̄ in terraz & fluit i vi; cera ei; & tra
 illa madida ē p̄mū & postea siccat̄. Cā at̄ hu-
 ius ē q; eēntia terre simit̄ ē cozporib; aialiuꝝ
 & plātar; in h; q; accipiūt finē vltimū sic iuuē-
 turē & seniu;: & iō recipit aliqñ additiōem: &
 aliqñ recipit diminutiōē. Est enī tra aliqñ
 rara multū & vsq; in pfundū fuit vasta pfudi-
 tate & in poris ei; & i foraminib; & foramini-
 bus diuidit̄ aq̄ & q̄si exurgit̄ ab alia pte solis
 & a q̄busdā stell; sibi appropinquātib; aq̄ exa-
 lat successiue: & iō exsiccat̄ paulatiz ecōtra &
 accidit q; aq̄ extrahitur ad locū aliqñ: p̄ cāz
 aut̄ dicit̄ i effundit̄ in eo & q̄si stagnat̄ & sic ibi
 mare vbi nō fuit: sicut humescit aliqñ ex rozi
 bus & pluuijs quaz aq̄ attrahunt̄ causis an-
 dicitis ad loca q̄dā: & sicut ē in fōtib; & flumijs
 q; cū aq̄ p̄currūt ad p̄caui vbi debēt facere
 copiā fontis aut fluminis secū trahūt admi-
 xtu terreū & trinue attrahēdo obstruūt sibi i-
 troitū & tūc exhausto illo qd̄ attractū est de-
 ficat̄ fōs uel flumē. aliqñ tringit̄ i alfo exitu
 vbi eleuant̄ ad hostium obstructio a sicut cā &
 tūc si deficit: s; effluit alibi & hec ē vna cā de-
 fect; aliqñ etiā tringit̄ ex casu laterū p̄caua
 rū viay in p̄caua ipsa ex tre motu uel ex alijs
 causis & tūc itez effluit aq̄ i alijs locis. Ad i-
 rabile at̄ accidit i alamania i loco q; d; L on-
 sen: ibi eui est aq̄ copiosus fluxus necar; noie q;
 exsiccata fuit per spaciuz miliaris p̄tes ho-
 ras diei ita q; colligebāt pisces in fūdo eius
 & nō caruit fluxu suo nec diminuebatur sup̄
 nec infra nisi in illo miliari qd̄ est circa oppl-
 dū qd̄ dixim;: ego aut̄ subito post veniēs ad
 locū p̄siderat̄ loci dispositiōib; sciui q; fūd;
 aque illi; solidissim; ē & illic fluit mē montes

no quomodo
aque ascendunt
ad sp̄s facit tūc

Obine in q̄ru;
ostendit̄ q; aq̄
in stuz nō det̄nt̄
expedi frigidē.

Solutio ob iōnes
p̄cipuz

no quare
est frigida
Cape

nō multū altos & habet altas ripas i loco illo & ex vapore illo incluso diuisus & eleuatus fuit fundus pp̄ qd̄ aq̄ residet in principio illi eleuariōis & in fine eius exiuit & cū exalesset vapor residit tor̄ fundus in locū suū sic fuit prius & tunc fluxus habuit aqua sicut habuerat antea.

Capitulum. xiiii. & ē digressio declarās q̄re q̄daz fontes certis locis manāt: & certis horis se retrahunt.

Eneca aut̄ in libro. ix. nāliū q̄nū tā git de fōrib⁹ qui senis horis sūt pleni: & senis horis sunt vacui: & de fluminib⁹ q̄ certis mētib⁹ sunt magni: & certis mētib⁹ sunt parui & alijs h̄mōi accidētib⁹. Hui⁹ aut̄ ipse talē reddit cām q̄ videlz est de ipsis sicut de humorib⁹: q̄ quidā q̄rta die febres mouēt sicut melācolia. & q̄dā certis horis remouēt sicut pd̄igia & certis mensibus parus p̄sto est ad exitū sic & aq̄ interualla habent quib⁹ se retrahūt & q̄bus redeāt: & q̄daz interualla minora sunt: & iō notabilia quedā aut̄ maiora nec min⁹ certa: & qd̄ mirum cū vides ordinē rerū constituta p̄cedere hiems nunq̄ aberrauit estas suo tpe incaluit s̄b terra minus nota sunt nature rei: s̄ non minus certa crede infra quicqd̄ vides supra: hec sūt v̄ba Senecę & vidēt̄ duas cās reddere huius manatiōis & ascensionis fontiu. f. morū humoris sicut in quartanis & cōstituta nature sicut ad vetū hiemis & estatis. Sz q̄ h̄ salsum sic de facili p̄bat. Si eni mor⁹ humoris cā esset oporteret q̄ ille humor ab aliquo putresceret & tūc ebulliret: s̄ putrefaciēs ipsum nō inuenit. Adhuc aut̄ omne sit putrescens determinato tpe maturat̄ ad educationē: sed nō educit nunq̄ a fontib⁹. adhuc aut̄ in fontib⁹ non inuenit nisi humidū aqueū: hoc autē omni die mouet̄ putrefactū. q̄ illi fontes omni die deberēt manē: & ex his & multis alijs patet q̄ nulla alia est quā inducit. Si aut̄ cōstituta nature eēnt cā cum illa sint ordinata deberet cā esse manifesta & necessaria sic motus solis in obliq̄ circulo necessari⁹ ē & perpetuus & adducit suo tpe hiemē: & suo tpe estatem: tal̄ aut̄ nulla cā apparet in manatiōe horū fontiu: nec sufficit dicere in vlt̄: q̄ talia p̄cedunt a causis nālib⁹ nisi dicat̄ in speciali q̄ sit illa cā: q̄ aliter oia nālia vna def̄minatione declarent̄. de oibus eni nature effectibus verū est s̄ vlt̄ q̄ cās habēs naturales. Nos ergo dicim⁹ q̄ causa v̄te manatiōis fontiu illoꝝ duplex ē. s. q̄ vapor eleuans aq̄s maior & fortior ē q̄ sit vena influēs & in specū q̄ cōtinet copiā fontis: & iō cū eleuat̄ aliq̄t horis oportet expectare iterū donec subintrat tan

tū q̄ possit eleuare. Alia v̄o cā est q̄ calor eleuans est debil⁹ & iō cū aqua eleuata euaporet pars eius & sit debilior: & ideo antequam iterum eleuet oportet confortari ipsum per hoc q̄ per radios solis regenerat̄: uel etiam per hoc q̄ de calore frigiditate terre uel noctis uel v̄triusq̄ expellitur in specum & ex hoc fortior efficitur: licet autem senis horis fluant & senis deficiant fontes illi: tamen possibile est q̄ diutius fluant q̄ a fluxu cessent: uel ecō uer̄ so: diucius cessant a fluxu q̄ fluant: uel eq̄ liter fluant & abscondāt̄ a fluxu s̄m diuersitatem proportionis quam habet calor eleuans ad copiam aque intransentem in specum que eleuatur per calorem. Si autem aliq̄ fontes abscondūt̄ur tempore caumatis: & fluunt tempore humido apparet q̄ illi uel i toto uel in parte causentur a pluuijs: quia enim sufficientes copias nō habent i se p̄pter hoc nō fluūt nisi quādo copia ministrat̄.

Capitulum. xv. quare terre quedam submerguntur: & quedam desiccantur.

Itē dicēdum q̄ quedaz terre aliquādo fuerunt cooperte maribus & aq̄s & sunt desiccate: & ecōuerso: que desiccate fuerūt facte sunt humide coopte aq̄s & intemperate: ex humore facte sunt temperate: & regione intemperate exsiccate facte sūt temperate. Dico enim q̄ sicut reperitur in antiquissimis historijs q̄ aliquādo super terrā egypti vincēs fuit aqua: & super alias terras quasdam que sicce sunt super illylum paulatim aut per terre raritatez effusa fuit aqua illa & deriuata per riuos multos & paludes et desiccata sunt loca illa calore solis & impressione stellarū in his tēporibus: nec loca illa simul exsiccata sunt successiue locus post locum s̄m q̄ magis erat aqua profunda: & minus p̄fūda super loca illa: cū aut̄ reducta fuit ad temperiem siccitatis tunc habitabilis effecta est: & plantate sunt arbores in ea ut ex radicibus arborū magis cohereret terra: & postea seminata sunt semina. Qd̄ autem verum sit quod dictum est testatur Homerus dicens: egyptum prius dictaz illybela hoc est diffusionez illyli: postea autem dicta est egyptus qd̄ sonat tenebras p̄pter euaporatiōnes aque abundantes in ea cum aqua sicca retur. Homerus autem licz in hoc benedixit nō tamen ipse potuit scire omnes mutationes que de humido & sicco facte sunt in egypto: ideo nec omnes docere potuit. Dico enim generaliter q̄ quecunq̄ terra superficie rosida est & humida. est enim rosidus humor i superficie & humor est humidus in profundo cū inquam siccat̄ talis terra ipsa

locas duas quare hanc manant fontes plus minus p̄ ra

primo venit ad temperiem anteq̄ incipiat abundare in superficie sicca & tunc rarificat̄ cōmixtio eius que est ex humido & sicco: et tandem inualefcere calore solis & virtute stellularum calidarū super eaz erit superficies sicca & tunc iterum cōmixtio eius erit corrupta & erit sterilis. Ex his decausis multa vberosa loca facta sunt sterilia: & eōuerso: sicut locus cui nomē est Asudkemix qui ex vberitate in sterilitatem est conuersus. q̄ autez accidit in loco vno possibile est ut alibi accidat ex causis eisdem: non tamen simul accidet vbiq̄: sed successiue: sicut nos dicemus in libro de causis proprietatum elementorum ex impressionibus planetarū. Amplius autem in mari accidit aliquando q̄ loca que profunda erant aliquādo in abisso aque exsiccantur: & loca que sicca erant profundantur sicut accidit in peautapoli q̄ profunda est in mari rubro mortuo & intingat̄ occania cuius campi qui nunc sunt vberes fuerūt in profundo maris. horum autem omnium causa est motus solis & reuolutio orbis precipue in magnis reuolutionibus suis que sunt ex conuentionibus planetarum omnium uel superiorum & ex reuolutione stellarum fixarum. ex eisdem enim causis in mundo accidunt mutatiōes magne & variationes cōplexionis hiemis & estatis. s. q̄ hiems que fuit per multos annos asperior efficitur calidior: & eōuerso: & idem est de estate. & ex eisdem causis accidit tūc sterilitas uel vberitas locis diuersis ex hoc q̄ efficiūtur temperata in humido & sicco: uel intempata in altero cōtrario: istorum: sicut aut̄ iam diximus mutationes iste nec simul accidūt in tempore vno: sed in tempore post tempus: ideo nec simul accidunt in omnibus locis: sed in loco post locum. Submersio enim ex diluuiōe particulari in tempore regis Sulphimos nō fuit vbiq̄: sed in terra grecorum tūc & plurimuz: & submersio illius nō etiam vbiq̄: fuit in Troia grecorū: sed post abūdauit in locis q̄ dicunt̄ Athlete que sunt Haudrus & Abiulem quorum locorum nomina sunt modo mutata: loci aut̄ huius submersi multotiens mutati sunt dispositiones. q̄nq̄ in litoribus eius habitauerunt homines qui dicebantur phacyr: qui ante h̄ nominabantur ganicy: & mō nominant̄ greci & hec mutatio nominū multas s̄git mutatiōes dispositionū illi⁹ fre: submersiōis aut̄ antiq̄ signū ē qd̄ adhuc tpe Aristo. & Alexā. macedonis tpe pluuie diu inundabāt flumina eorū: & diu stabāt paludes eorū & abiq̄ dubio accidit ex interioribus copiis redūdāribus ad aquas superiores. Sūt de his autez

multe diuersitates enumeratē in Thimeo Platonis: Lā autē eorū iam dicta est: quia ppria causa sciri non poterit nisi ex astronomie disciplina: quā cōplebim⁹ deo adiuuante.

Capitulum .xvi. quare flumina manant quādoq̄: & desiccantur quādoq̄: s̄m opinionē antiquorū: & s̄m opinionem nostram.

Ant̄ autē quidam p̄bi qui dictorum aliaz signauerūt causam. Dixerunt enim q̄ causa p̄pter quā flumina aut quādo fluūt & aliquādo exsiccantur sunt caue ne que sunt sub terra. cū enī in illis sunt copie aquarū multarū tūc dāt̄ materiā omnibus & currūt: & quādo minorant̄ in eis copie ille aq̄ rū tūc abscindit̄ mā fluminū & subtrahuntur aque eorū & desiccant̄: hec autē cā nō est sufficiens ut patet ex superiorib⁹ dictis. Causa autē quare flumina habēt hostium in vno loco postq̄ in alio ē magnitudo ampla interi⁹ loci eleuati & alti in quo ē multe aq̄ copia: & oꝝ q̄ loca illa spissa valde & solida habēt interi⁹ latera: & q̄ ex̄ sunt frigida frigiditate expulsa ab interiori calore: q̄ tūc frig⁹ cōtinet calozē inf̄: & cauitatē: loca enī q̄ talia existūt nata sūt suscipere plurimas aq̄s & sūt p̄seruantia eas q̄ aq̄ nunq̄ resoluit̄ tota ex eis: s̄ p̄tinue eleuat̄ ad emanādū habet venam a mari oceano & nutrit̄ multū a pluuiz & iō illic aq̄ multiplicat̄ indeficiēter: loca autē nō alta sed depressa quoz & cauitates nō sūt multū in profundū submersa in terra q̄ sunt breuis amplitudinis: habēt lapides albos molles non retinēt aq̄e nec figit̄ ad manēdū in eis in aq̄ cū enī nō sit alra p̄stat q̄ parū fuit ibi nāle calidū qd̄ terrā eleuare nō potuit: nec fortit̄ latera in saxa decoquere: & cū nō sint profunda calore sol̄ aperit̄ur pori eius & euaporat calidū itranēū qd̄ aq̄s debuit eleuare: & cū sint breuia nō recipiūt aq̄s multas: lapides autē alibi frigus figurāt parū in humido itraneco & q̄ molles sūt causat̄ ex defectu vtriusq̄: coagulātis. s. calidi p̄mo & frigidi postea: q̄ sic infra dicem⁹: coagulatio lapidis esse ex calido p̄mo ex̄hente humidū: & deinde ex frigido inspissante: & iō tal̄ loc⁹ corripit aq̄s & nō p̄t̄ eē hostiū magni & sempit̄ni fluminis. cū enī talib⁹ locis aduēit caliditas ex stell̄ fixis q̄ dicūtur canicule & h̄ est q̄n̄ sub radijs solis oriūtur ortu mūdi qd̄ ori⁹ cosmic⁹ & aduāt̄ a v̄tute martis nec retrahūt̄ ad effectū a saturno uel alijs stell̄ frigidis tūc velocit̄ exsiccant̄: hec ē q̄ vera cā q̄re qd̄ flumina & fōtes exsiccantur q̄nq̄: ab hostijs suis: & fluunt q̄nq̄: & qd̄ alia fluūt p̄tinue: & cām quā dixerūt qd̄ p̄bi idoc̄ti nō fuit sufficiens lz sit vera in q̄busdā fōrib⁹ aliq̄n̄ sicut supra dixim⁹.

Capitulū. x. vii. de mutatiōe facta i egipto
z circa mare viride.

Utationū autē hōre diuersificātur si
cut aut iā dixim⁹. nihilomin⁹ tñ fuit
mutatiōes circa marē z flumina et
terras. Nō lōge enī aī tps Philippi mace
donis locus quē quidā egiptoz inhabitant
a flumine Nylō submersus fuit quā submer
sionem multi oculis viderūt z testimonium
hui⁹ est mare qd tunc viride dicebat: sed nūc
dicit mare rubeū: tūc enī dnātib⁹ aqs ex fr
gilitate terrarū illaz mare fuit viride qual
est viroz aque multū frigidū currentis i mō
tibus qñ longe videt: qz de ppe aqua perspe
cta nō videtur hīe caloz eo q tunc visus nō
manet in superficie aque: sed mer sit in pfun
dum: nūc autē mare rubū dicit. ppter p̄tinuam
adustionē solis sup ipm que harenas ei⁹ cō
uerit in rubozem. Tūc autē tps cū se nup ad
mare aque retraxerant sub altitudine litoris
ipsi⁹ q forte artificialit p cōgestū aggere est
fuit exaltatum sicut fieri hodie solet in fian
dria z in alijs locis marinis fuerunt quidaz
reges qui ppter vtilitatem navigationis de
loco ad locum voluerūt facere fossata de ma
ri ad ciuitates z ad flumina diuersa orienta
lia ut multiplicaretur iuuamētum nauiaz qd
posset naues ire vbiqz in terra illa: p̄cipue au
tem dico reges cogitabat hoc facere. s. asy
uetus z adrianus: sed arte geometrica inuē
tum ē qd mare tūc tps erat altius qz terra p
pter multitudinē sue aque q nup totā terram
operuerat: z ideo nō ausi sunt fodere: qz fos
sum imanasset in flumina z fontes z fecisset
eos falsos z ita destruxisset habitationem z
p̄or eē q si nō foderet: qz nūc magis exsiccā
tū qd nō esset nocumētū si fieret q tunc appe
tebat iuuamētū navigatiōis. ex his q̄ p̄stat
q nulla loca sub orbe qui p̄tinue mouet z ef
ficat nouus in sitibus stellarū manēt fm di
sp̄ositionem vnā: sed sicca humescūt: z humi
da exsiccant. Dictum ē ergo de maribus et
fluminibus: z quare efficiuntur flumina in q̄
busdā locis currentis: z in quibusdā abscisa.

Tractatus tertius secūdi libri methauro
rum. Capitulū p̄mū que sit tractatus intē
tio: z de duabus opinionibus antiquoz: et
de esse z de generatione maris.

Equia tam cōpleuim⁹ cōside
rationē de marib⁹ z fluminib⁹
z qre flumina fluūt a quibusdā
locis: z a quibusdā locis absci
dunt tūc in h̄ p̄nti tractatu di
cam⁹ eē maris z gnationē ei⁹: z quare mul
tū sal est in eo: z q̄ sit: z vñ ē in itū eē ei⁹ z cur
sus fm locū. Dicem⁹ autē p̄mo de eē maris z

fluxu ei⁹ z salsedine fm opinionē alioz: z de
inde fm sniam nr̄am. Dixerūt autē qdā theo
logi speculātes res diuinas z sbas celestes q̄
sūt orbes z effect⁹ eoz q̄ sūt hēsiōdite q ma
re fm virtutē manādi q̄ ad fluxū z influxū z
manat ex orbe z cā z radix z flux⁹ ei⁹ ē i ipso
z inde ē p̄ncipiū z cā efficiens flux⁹ ei⁹: z isti
dixerūt verū q cā influx⁹ z exflux⁹ ē ex orbe
lune sic alibi def̄minatū ē. z dixerunt etiā q
diuersitas ois stat⁹ motuseius est fm diuer
sitate status mor⁹ orbis z h̄ est verum quo
ad influxū z refluxū: qz fm q̄ variat luna ac
cedēdo z recedēdo ad solē uel a sole: sic vari
atur mare effluēdo z refluxūdo. Hoc autē nos
verificauim⁹ in libro de effectib⁹ planetarū
in elemētis q̄ d̄i liber de causis p̄petatū ele
mētōz: q̄ aut orbis mouet mare p̄tingit p̄p̄
mobilitatē ei⁹: qz ipse se h̄z ut motor z cā re
spectu istoꝝ inferiorū. nec h̄ tāḡ ista opinio
nisi ut sciat eē insufficientis: qz nō demonstrat
aliqd̄ deesse maris: s̄ tñ eius influxū z refluxū.
Sapiētes autē q̄ perfecti sūt in reb⁹ hu
manis q̄s hōi scire ē possibile z locuti sūt de
reb⁹ nālibus dixerūt q eē ipsi⁹ maris h̄z p̄n
cipiū ex hoc q̄ cuz humiditas aq̄ p̄mo opuit
totā terrā sol p̄tinue sup illā humiditatē ele
uat vapabilitē prem ipsi⁹ z p̄uertit eā in aerē
z in ignē z hoc ex pte meridiei vbi sol est fer
uentior: remāsit autē qdādam humoris qd sol
nō cōsumpsit p̄cipue ex pte aq̄lonis: z iō fm
opinionē istā mare qd p̄mo p̄rinebat terraz
iminutū est a quātitate ipa i qua fuit: z facta
est terra sicca in quibusdā locis z alibi remāsit
mare. cū autē in omogenijs idē iudiciū sit de
toto z de pte cōcedūt q̄ mare adhuc aī finē
tps asiccabit totū z n̄ erūt nisi tria elemēta.

Capitulum. ij. z est digressio declarās an
aqua aliquādo totā terrā operuerit: z an sic
cabilis sit p̄ totū procedēte tēpore.

Portet autē nos h̄ digressiōnē facē
querēdo de ista opinioe. h̄ enim tuit
Anaxa. z omnium eoz q̄ posuerunt
aquā mixtā p̄mo totā terrā occupare. fuit autē
z Quidi⁹ in hac snia z multi p̄bi illustres z
excellētes. Si autē iste rōnes eoz: qz nos vi
dem⁹ ordinē elemētōz ita q̄ sp̄ p̄nexū vni⁹ ē
i p̄cauo alteri⁹ p̄ totū circūlū rotūditatis sue
sic enī p̄nexū ignis ē in cōcauo orbis lune et
p̄nexū aeris ē in cōcauo ignis: sic etiā h̄ mō
p̄nexū aque erit in p̄cauo aeris z p̄nexū ter
re erit in p̄cauo aque: q̄ vbiqz aqua de sua nā
operit terrā: qd autē nāle est aliquid fuit q̄ terra
aliquid fuit coopta aqs. Adhuc tñ oē corpus
habeat nāliter locū vni⁹ oportet q̄ totū locū
illū impleat: qz alit̄ aliquid supfluū eēt in nā
Cōstat autē q̄ locus p̄prius aquarū est terr.

De

pi.

21 No



superficies: quia ad locū illuz mouentur vbiq;
 ergo fm nām sunt aque i terre superficie: q̄ ali-
 quādo operuerunt totam terram. Amplius
 quecūq; duo elemēta nō habent simbolū illa
 colligātur per vnū medium quod habet sim-
 bolū cū vtroq; s; terra & aer nullū hnt simbo-
 lū: oportet q̄ vbiq; colligent p mediā aquā
 que habet simbolū cum vtroq; & ita iterū vi-
 detur q̄ fm nām terra vbiq; debeat eē aquis
 coopta. Adhuc sicut dicit Esiodus s; defic-
 cata ē tūc aut calore solis desiccata ē: aut ab-
 sorpta ē p̄cauitatibus adhuc in terra partis
 ut absorberet ptem aque & fra appareret ari-
 da & habitabilis. Si aut p̄mo modo fuit tūc
 sequit̄ duo fm Esiodū: vnū necessariū: alte-
 rū p̄babile. id autē qd̄ necessario seq̄tur ē qd̄
 aliqñ opta fuit aquis & qd̄ adhuc fm nās de-
 beat opta esse & sit p accidēs discoopta. al-
 terū aut qd̄ p̄babile seq̄tur est q̄ ipsa aq̄ tota
 sit siccabilis: q̄ qd̄ accidit in p̄tib; omogenijs
 possibile ē in toto accidere: & iō cū in pte sic-
 cata sit possibile ē q̄ sicces in tota: & ex h^o vl-
 teri; seq̄tur q̄ futurū est q̄ mūd; non habebit
 nisi tria elemēta: & q̄ tūc ipsect; erit mūdus
 & q̄ nihil p̄mixtū gnābitur: q̄ terra p se non
 p̄tinuat: s; p̄ humidū aqueū h; p̄tinuatōez.
 humidū enī aerē nō est incorpabile & preci-
 pue qñ calor solis exsiccās humidū aqueum
 & humidū aerē dissoluit & rarificat. Si aut
 p̄cauitatib; recipiētib; humorē exsiccata est
 terra hoc erit mirabile: q̄ enī nālū virtutum
 illas p̄parauit cōcauitates cū terra de nā sui
 sit p̄tinua. generās enī nā est q̄ pres ei; volē-
 tes centro app̄ximare cōprimāt se fortiter
 circa centrū. frigidū aut qd̄ est in terra p̄pte-
 rea q̄ iō ḡssime distat a motu celi q̄ facit ca-
 lorē etiā est cōprimēs & nō p̄mittēs p̄cauita-
 tib; intercipi pres terre nisi for; e ut supra di-
 ximus calore solis. Si aut ille p̄cauitates p̄-
 tib; terre subtiliorib; eductis p vapores ter-
 restres: sed quō pōt h̄ esse si terra coopta fuit
 aquis: radius enī solis tūc nō habuit liberuz
 accessum ad terrā & iō nihil potuit resolvere
 ex ipsa nisi pus eēt discoopta ab aquis: q̄ dis-
 cooptura terre fuit ante p̄cauitates p̄patas i
 fra: nō q̄ terra desiccata ē p̄cauitatib; recipiē-
 ribus in se ptem aq̄rū. i; fra autē intētio non
 hoc q̄reret quātū de terra discooptum sit ab
 aq̄s: q̄ pertinet hoc ad sciam de locis habi-
 tabilē de q̄ nos deo volēte alibi faciem; tra-
 ctatum: q̄ p̄ncipia istī scie nō pōt scia illa
 demonstrari & cōpleri sufficiter: q̄ iste rōnes
 sunt antiquoz spar sim iuente in dictis eozuz
 & quedā alie in q̄bus nō est magna vis. In
 p̄tū aut istaz rōnū p̄cedi pōt ex eo q̄ sp̄ fm
 nām fuit gnātio vltis i mūdo. Loc; aut quā-

toz mixtoz ē in loco p̄act; triū elemētōz
 ut in libro de gnātioe & corruptioe ē p̄batū.
 sp̄ q̄ fuit terra p̄tingēs aerem in parte vna &
 aquā in pte alta. Adhuc aut mirabile esset si
 causis nālū p̄manētib; eodē mō effect; in
 tm̄ variarent: p̄stat at q̄ mor; sol; sp̄ vno mō
 est tm̄ p̄ recessū causans de p̄uersioe iferiorz
 elemētōz in superficie quātū p̄ accessuz causat
 de p̄uersioe supioz ad iferiora: tātum q̄ rece-
 dit ad aquā i hieme & i tris frigidis quātū
 recedit ab aq̄ in estate & in tris calidis: q̄ sep̄
 manet p vnū modū: & ex h̄ vlteri; p̄ q̄ nūq;
 tota aq̄ siccabit. Prop̄ h̄ aut & his silia di-
 cem; q̄ terra fm nām nunq; sit tota coopta
 aq̄s si h̄ verū est sup̄ qd̄ habitū est q̄ loca ter-
 re sp̄ murant fm humorē & siccitatē successi-
 ue ita q̄ loc; post locū siccāt. Lā aut hui; nāl
 est q̄ inferiora elemēta sūt sic mā respectu su-
 perioz: & supioz sunt formalia & sp̄alia re-
 spectu iferiorz: & iō multū plus hnt de loco i-
 ferioz & ignis spiritualissim; & subtilissim;
 corpoz totū iplet celi p̄cauitatib; & aer min;
 sp̄ia lis iplet p̄cauitatib; min;. s; ignis. aer enī cū h̄eat
 humidū p̄cedēs ex seipm̄ p̄p̄ caliduz ei; ipm̄
 humidū aerē ē s̄biectū fuit ad aliud. s; siccū
 ignis & ad siccū terre: sed aq̄ mālis valde nō
 pōt iplere locū p̄cauitatib; cū humidū eius
 fluat i seipm̄ & sic p̄bat in mā ei; in quātitate
 terra aut mālisima minimū capit locuz & iō
 pres ei; p̄cedūt in cētrū & cōprimunt se circa
 ipm̄ & p̄ sui minima quātitate dī etiā tota cir-
 ca cētruz toti; spere celi & mundi. aq̄ autē nō
 h; figurā spericā: s; circularē: q̄ diffundit a
 polo in polū p vrunq; p̄ctū oriētis & occi-
 dētis sic sup̄ dixim; qñ posuim; moduz ima-
 ginatōis loci maris. h̄ aut signū ē qd̄ sic di-
 cit Alpetragi;: ignis velocit; & vniformiter
 imitat motum circularē celi. aer autē imitat
 eū h̄ nō vniformit; h̄ aq̄ nec vniformit; nec cō-
 plete: s; fm aliquā p̄portionē arc; celi & ē il-
 la ps terre semicircul; & aliqñ par; plus & ali;
 qñ par; min;. h̄ terra i nullo imitat: s; p̄petuo
 quiescit i loco suo: & iō sic se h; elemētum ad
 motuz circuli sic se h; ad locuz spericuz: h̄ aq̄
 incōplete i motu describit circulus: & iō incō-
 plete etiā cōplet locuz spericuz. Ad rōnes q̄
 antiquuz dicēduz ē q̄ nō eodē mō se h; ordo
 in elemētis: q̄ aliē quātuz ad locuz ordinan-
 tur formalia: & aliē mālia. formalia enī q̄ ma-
 iorē occupāt locuz & p̄fecte imitant motum
 celi ē moueri i loco suo: q̄ aliē nō p̄plerēt cir-
 culū: nihil enī cōplet motuz q̄ in circulo ē nī
 si i circularē uel spericuz: talit; autē nō se hnt
 adinuicē inferiora nec etiā talit; inferiora ad
 supioz. hui; autē cā est ut dcm̄ ē q̄ inferiora
 sunt sic mā gnātōz & vnuz eoz dñat i sba qd̄
 voluit dōēs p̄m̄p̄.

Inquit in op̄tū

est terra: alteruz autez p̄stat illi p̄tinationez
 ⁊ cōglutinationē qd̄ est aq̄: ⁊ iō oz q̄ illa ele-
 mēta licz imediata sint agētib⁹ q̄ sunt forma-
 lia ⁊ in circuitu ⁊ vbiqz sit gn̄at⁹ accessus ad
 nām qd̄ non eēt si terra eēt aq̄s coop̄ta tora:
 qz tūc radij sol⁹ q̄ principalit⁹ gn̄ant nō imedi-
 ate tāgerēt eā: ⁊ iō dixit Aristo. in. ij. de gn̄a-
 tione ⁊ corruptiōe: q̄ in loco gn̄atiōis oz cō-
 currēt tria elemēta cū radij sol⁹ qui sunt loco
 ignis. Qd̄ autē antiq̄ dicit q̄ aq̄ nālū ipleat
 locū suū nālē: dicēdū q̄ h̄ est verū: qz aliū alte-
 rū duoz impossibiliū p̄tingeret. s. q̄ aut loc⁹
 eēt vacū⁹ aut aliqd̄ corp⁹ sp̄ in loco suo non
 nālū cū circūferētia terre nō vbiqz ē loc⁹ con-
 nālū aq̄e. cū enī aq̄ sit frigida ⁊ hūida ⁊ ip̄s
 sa nālū mouebit sub aeris sup̄ficie ⁊ ad ter-
 re circūferētia vbi iste q̄litatez magis sūt i su-
 p̄ficie⁹ aeris q̄ ad p̄cauā sup̄ficie⁹ ⁊ ibi ma-
 gis sūt in sup̄ficie terre q̄ ad sup̄ficie⁹ pne-
 rā: h̄ autē est in aq̄lone ⁊ iō sibi p̄p̄riūssim⁹ ē lo-
 cus aq̄rū ⁊ sunt aq̄ in meridie: h̄ nō est quātū
 ad gn̄ationē eaz in loco illo p̄s: h̄ q̄ fluūt ad
 locū illū ab aq̄lone vbi ē loc⁹ gn̄atiōis earū si-
 cut ifra oīdem⁹. Si autē aliq̄s forte obijciat
 q̄ vni⁹ corp̄is est loc⁹ vni⁹ ⁊ cū aq̄ sit vni⁹ cor-
 pus omogeneū erit in vno loco ⁊ sicut terra.
 videt autē terra eē in duob⁹ locis: qz ē in dua-
 bus sup̄ficie⁹. s. aq̄ in p̄te vna ⁊ aeris in p̄te
 alia. hec obiectio ē ridiculosa: qz dicunt Anī-
 cēna ⁊ Allgarel. q̄ nihil p̄hibet duas sup̄fi-
 cies eē locū vni⁹ tam artificialit⁹ q̄ nālū ⁊ ar-
 tificialit⁹ quidē patēt multiplices modi. nālū
 ter autē patet in oib⁹ plātis que p̄tim in terra
 p̄tim in aere: ⁊ aliq̄n etiā p̄tim in aq̄ sunt: vbi
 enī plāta trahit nutrimentū est i terra: qz ibi in-
 diget frigido ⁊ hūido qd̄ ifluit i radices. In
 stipite autē ⁊ ramis ē in aere: qz ibi indiget ca-
 lido dirigēte ⁊ eleuāte nutrimentū a radice i
 ramos. Ad dēc autē Theodi dicēdū q̄ nihil
 exsiccauit a p̄ncipio terrā vlt⁹ q̄ ad p̄te eius
 sicca licz successiue p̄ticularit⁹ calore sol⁹ exsic-
 cet ⁊ humefiat ⁊ licz cauerne sūt successiōe
 tēporū in ipsa p̄ cas q̄s sup̄ dixim⁹: tū dictus
 Theodi ⁊ Quidij sūt itellectū q̄ aq̄ operiret
 terrā vaporabiliter circa terrā expansa ⁊ nō in
 vnda circūfluēte vndiqz terram ⁊ dixerūt eā
 exsiccatā q̄n inspissata p̄cta est aq̄ in locū mī-
 norē in q̄ nūc ē: qz ipsi cū Anaxa. chaos p̄i-
 mā mān eē dixerunt: qz chaos distinxit ⁊ se-
 cūdū sp̄s formauit intellect⁹ agens: qz intel-
 lectua p̄ma ⁊ de h̄ in p̄hiciis dēc. sed ex dēis
 p̄batū habem⁹ q̄ mare nunq̄ operuit totam
 terrāz h̄m nām nec vnq̄ exsiccabit. Sed h̄m
 ordinē nature sp̄ manebit equale.

Capitulum. ij. de duabus opinionib⁹ an-
 tiquoz de falsedine maris.

Edeam⁹ q̄ nūc ad p̄positum tāgen-
 tes opiniones antiquoz de falsedi-
 ne maris postq̄ de sba maris loqui-
 mur. Dixerūt autē qd̄ sapiētū q̄ iu mari acci-
 dit falsedo ex h̄ q̄ aqua maris ē in terra p̄te-
 ta ⁊ mare non ē nisi p̄gregatio illi⁹ aq̄ egre-
 diētis de terra ⁊ q̄n terra ignit⁹ tūc cōburun-
 tur qd̄a p̄es ei⁹. Ignit⁹ autē terra a sole cale-
 faciēte terrā ⁊ facit humidū qd̄ est in ea resu-
 dare ex ipsa ⁊ tūc p̄miscēt ei p̄es ignite ter-
 restres ⁊ iste sudor: ibi p̄mixt⁹ effluit i locum
 vbi p̄gregant aq̄ cōfluētes ex fra ⁊ facit eas
 falsas q̄n p̄miscēt eis. Alij autē dixerūt q̄ sali-
 ne sunt in terra p̄ q̄s trāsit aq̄: sūt autē multe sa-
 line in p̄fūdo maris q̄ p̄miscēt cū aq̄: ⁊ iō
 falsē efficiunt: ⁊ hui⁹ exēplum est ut aq̄ q̄ tol-
 lat per cineres q̄ salsa ⁊ amara inuenit. Am-
 be autē iste opinioes p̄ueniūt in h̄ q̄ mare nō
 sit nisi aq̄ que effluit ex terra: ⁊ p̄ncipiū ei⁹ est
 in terra ⁊ cōgregatio ⁊ stagnatio eius ē in lo-
 co maris: lz differant in cā falsedinis ei⁹: qz
 aliq̄ dicit cām falsedinis eius eē sudorē p̄mi-
 xtū cū partib⁹ terre ignitis. ⁊ aliq̄ dicit cām
 falsedinis eē: qz aq̄ fluens ex terra vadit per
 salinas uel in loco maris uel ex locū ipsi⁹.

Capitulum. iij. de improbatione ei⁹ in q̄
 p̄ueniūt ambe iste opinioes.

Os autē improbabim⁹ id in quo con-
 ueniūt ambe ille due opinioes. s. q̄
 mare sit aq̄ p̄gregata ex aq̄ que effluit
 ex terra. significatio autē hui⁹ q̄ h̄ videt⁹ sit i-
 possibile q̄ mare sit ex fontib⁹ qui manāt ex se
 ip̄is ⁊ p̄tinent in terra qz nos non inuenim⁹
 nisi duas sp̄s aquarū. vna q̄ est aq̄ currēs si-
 ue fluēs. ⁊ altera ē aqua stans. aq̄ autē curren-
 tes p̄ncipiū sui cursus habēt fontes q̄ sūdūt
 ab hostio sui fluxus ⁊ habēt originē h̄ est va-
 stā specū in q̄ p̄tinet eaz copia mālis: q̄ tamē
 spec⁹ sp̄ distat a fonte: ⁊ oportet q̄ specus il-
 la aliq̄n recipiat aq̄s a mari si debeat eē inde-
 ficiēs fluxus eius. nos enī ante dixim⁹ q̄ p̄n-
 cipiū currentiū aquarum nō sic egrediēs de
 vase q̄ per seip̄m fundat aq̄s: qz hic deficeret
 verū p̄ncipiū aquarū indeficient⁹ fluentium
 sicut loca p̄caua in q̄bus p̄gregātur aque cō-
 tracte de amphitricē: q̄ aque currentes non
 sunt ex fontibus qui per se fundūt aquas: qz
 nulli sunt fontes tales: si ergo mare est aqua
 currens non potest esse ex fontibus conten-
 tis in terra qui p̄ se fundūt aquas: sed potius
 qui fundunt quas accipiūt a mari oceano:
 cū ergo oceanus sit p̄ncipiū illorum fontū
 nō potest eē q̄ oceanus p̄ncipietur ab illis
 fontibus: quia aliter idem esset p̄ncipium et
 p̄ncipiatum. Si vō detur q̄ est aqua stans:
 aggregata tamen ex fontibus fluentibus a

terra in aqua continentur. Dico quod stans non habet nisi duos modos. est enim quidam stans sicut lacune que funduntur ex fontibus lacune stanturietibus. Alius autem modus est quod aque descendunt a loco sublimi et congregantur in uno loco qui latera habet alta inter que stant aque ac si sint fabricata ad hoc sicut aliquando in valle profunda stat aqua descendens a loco alto et sublimi: illis enim duobus modis inveniuntur aque stantes: et non inveniuntur alio modo ab istis modis. Et prima quidem species dicitur lacuna. Et secunda species dicitur stagnum a stando. Neutri tamen istorum modorum est in mari: quia si mare per se ipsum currit. scilicet a fontibus qui sunt in profundo eius sunt in lacunis tunc oportet quod haberet copiam illorum fontium aliunde que duceretur ad fontes et ita esset aliunde originatum et non esset origo aquarum et idem inconueniens sequeretur si esset stagnum descendens a loco alto et sublimi: hoc autem non est possibile cum ipsum sit principium omnium indeficientium aquarum.

Capitulum v. de vera sententia de eodem maris.

Sciamus ergo nunc sententiam veram de eodem maris. Sunt ergo multa maria que non permiscetur sibi adinuicem nisi in radice: quia omnia continentur ad oceanum et secundum descriptionem factam sub Iulio cesare maria mediterranea in toto orbe habitabiles sunt. xxx. quorum duo ab oriente ab oceano egredientia sunt mare gauritanum quod mare persicum putato esse: et mare quod est apud motes scaptos et idem non potest esse congregatum ex alijs aquis: quia tunc non posset esse principium tam multorum et tam magnorum marium. Causa autem quare mare currit ab aquilone in meridiem est coartatio litorum eius et obstructio plus quam sustineat aqua que est in eis et idem partes se impellunt a loco altiori ad locum magis decliuem sicut ab aquilone in meridiem: et ideo contra loquendo cursus aqua est ex parte septentrionalis in meridiem: quia pars septentrionalis altior est parte meridiei et habet significatur quidam naturales. dixerunt enim quod sol per diem currit in semicirculo qui est ab oriente in occidentem: sed non recurrit per semicirculum inferiorem scilicet ab oriente in occidentem. sed potius cum est in occidentem redit per semicirculum qui ab oriente incipit et per punctum aquilonis redit in orientem. Si autem queratur ab illis quare de nocte non videtur sol sicut in mane quando oritur: et devesperetur quando videtur in crepusculo: dicunt illi quod terra et aqua in aquilone altior est quam alibi: et ideo sol de nocte non videtur in aquilone: et licet falsum dicant: tamen concor-

dant in hoc quod altior est terra in aquilone: et ideo cooperit solem: propter altitudinem suam.

Capitulum vi. et est digressio declarans de causa fluxus maris: et quare fluxus eius communiter est ab aquilone in meridiem.

Ubitabit autem aliquis qualis est fluxus siue cursus maris quod dicitur amphitricis siue oceanus versus secundum naturam mouetur extra proprium locum nec in loco proprio. Locus autem proprius aquarum ut infra dicitur est oceanus videtur alicui quod aque nec in ipso nec extra ipsum debeant moueri. Si enim instetur quod celum mouetur in loco suo non est rationalis instantia: quoniam probatum est pro hoc quod celum in loco suo mouetur quod ipsum non potest moueri a natura: sed ab intelligentia. Nos autem hic loquamur de motu a natura. Adhuc autem nullum aliorum elementorum habet motum in loco suo uel extra locum suum secundum naturam: ergo neque aqua habere debet: iste enim motus quo mare fluit continue non est ille motus quo fluit ultra locum suum et refluit: sed potius fluit infra litora sua. Alterius autem inconueniens videbitur esse causa: quia supra est assignata scilicet coartatio laterum suorum. Dum enim aqueum coartatum non cedit in seipsum: sed potius fluit super id quod coartat ipsum sicut est videre in aqua compressa a manu que non cedit in seipsum: sed potius circumfluit mare: ergo si latera maris coartant mare siue maris erit super latera maris vndique et sit falsum quod dictum est quod fluat ab aquilone in meridiem: sed potius vndique fluit supra litora sua. Alterius cum causa montium magis essentialis sit calor sub terra conclusus igneus vapor est qui cum preter locum solidum evaporare non potest eleuat locum: et aliquando decoquit eum in saxum: et cum ad meridiem abundet hic calor: videntur magis generari montes ad meridiem quam ad aquilonem: ergo terra altior est in meridiem quam in aquilone: ergo et mare potius debet fluere a meridiem in aquilonem quam econuerso: ab aquilone in meridiem.

Adhuc autem et alia ratione naturali videtur quod vnumquodque corporum mouetur ad locum sue generationis: et non extra ipsum: sed locus generationis aquarum est in aquilone sicut ante monstratum est: ergo videntur aque debere fluere a meridiem in aquilonem potius quam econuerso. Adhuc autem videmus etiam mare fluere ab oriente in occidentem quando effluit: et ab occidentem in orientem quando refluit

videt ergo mare habere tres motus fluxus
sui. Adhuc aut flumina effluunt a mari et in-
fluunt in ipsum. et hoc videt mirabile in natura
quod aliqui fluunt a loco aliquo et fluunt in ipsum: vi-
demus enim quod hoc non facit leue quod si mouetur
sursum per naves nunquam recedit deorsum in deorsum
et graue quod naturaliter mouet deorsum nunquam per naves
ascendet de deorsum in sursum. Hoc potest dici quoniam
in naturis sit duplex motor. scilicet vltimus et specialis
spatialis quidem mouet ad locum vnicuique corporis
naturaliter et non mouet ipsum ad egressum de loco suo
naturaliter et proprio: vltimus aut mouet ad mixturam: et il-
la facit sibi occurrere vastibilia in loco mixti-
onis: et ab illo ignis descendit et terra ascendit
sicut nos in antecedentibus declarauimus vt
dicat quod vnus motus maris sit a motore vltimo
et alio a motore particulari: quoniam omnes isti motus parti-
cularis sit maris non occurreret alicui elemē-
to ad mixtionem factendam. Insuper cum mouet
motor vltimus ipse mouet aliquid modo particularē si-
cut quoniam ignis descendit non plus descendit si in pre-
senti vaporis igniti et huiusmodi. vnde ad hoc
restat questio de particulari mouente motus istos.
Soluentes aut omnes habitas difficultates
dicimus cum Seneca quod nulla causa est cur sus aqua ad
vnum vel alium locum vbi loci denexitas siue de-
cliuitas excepto solo illo motu quo mare in-
fluit et refluit: quod in illo motu mare sequitur or-
bitam lune sicut nos alibi ostendimus: quod autem di-
ctum Seneca sit verum probatur duobus signis quorum
enim vnus est quod aque inueniuntur fluentes ad omnem
mundi partem. scilicet ad aquilonem et meridiem et orientem et
occidentem: et iteque inueniuntur fluentes ex omni parte
mundi. scilicet ab aquilone in meridiem et e converso a
meridie in aquilonem: et orientem in occidentem et e con-
uerso ab occidentem in orientem: et ideo nullam partem
mundi habent propriam fluxus sui et ideo per accidens est
quod ad vnum vel ad aliam fluunt. Aliud aut signum
est quod nisi vis fiat maxima nunquam fluunt ad alio-
rum locum quod est locus ortus sui. Si enim habent lo-
cum naturale ad quem fluere determinatum autem in
vna mundi plaga vel in alia absque dubio ad il-
lum locum fluere siue alius siue inferius orientem
sicut graue vbi cuique orientem semper descendit deorsum
sui: et leue vbi cuique orientem semper ascendit sursum.
Quod ergo mare fluat causa est loci decliuitas: et quod flu-
it ab aquilone in meridiem causa est: quod altius est in aquilone
quam in meridiem: causa autem altitudinis est quod per fri-
gus aquilonis generat plus de aqua in aquilone quam
cape possunt littora distantia secundum altitudinem et in
meridie consumit a calore plus de aqua et non im-
plet littorum latitudinem et profunditatem: et ideo ab
aquilone plus aqua impellit aliam partem aque versus
meridiem ad locum denexum sibi infra littora per-
peratum: et sic per accidens mouetur extra lo-

Solutio
par. hoc

cum suum in quo generat: quod cum sit humida fluat
ad retines eam siccum: non retinet autem eam denexum
fluat ergo per totum denexum in meridie et non redun-
dat: quod consumit ibi in multa parte calore solis.

Causa autem primum huius est: quod primum genera-
tur in aquilone et primum consumit huiusmodi in meri-
die. Si autem aliquid obiciat quod distantia vtrius
quod poli equalis est ab equinoctiali circulo: et cum
distantia ab equinoctiali circa quam mouet sol equa-
lit vtriusque declinatio ab ipso sit causa equalis fri-
goris tantum: frigus erit in polo meridionali qua-
ntum est in polo aquilonari: erit ergo equalis causa gene-
rationis aquarum: ergo tantum generat de aqua in meri-
die quantum in aquilone: ergo aqua ita deberet fluere a
meridie in aquilonem sicut ab aquilone in meridi-
em: quod probatur per restum partem quod quinquaginta rōni-
bus celum diuidit et quinquaginta rōnes illis ponit in terra
quod due circa vtriusque poli equales inhabitabiles
sunt propter frigus media ac per equidistantiam ab vtro-
que polo quod sub equinoctiali circulo est inhabita-
bilis propter viam solis due autem adiacetes vtriusque sunt
parte propter equales distare et causa frigoris est causa calo-
ris. Respondendum quod obiectio non procedit
ex intimis philosophie: cum enim sol moueat in circulo
centrico aut centrum non est idem cum centro terre
oportet quod si diametrum circuli solis cum tran-
sit sic per vtriusque centrum. scilicet suus et terre quod ma-
ior pars diametri sit ad vnam partem: et mi-
nor pars eius ad aliam respectu centri terre:
est autem compertum ratione geometrica quod
maior longitudo diametri est circa vicinum
gradum geminorum in hoc tempore nostro
et minor ergo longitudo respectu centri terre
est in vicinissimo gradu sagittarum quod signum op-
ponitur geminis ergo vicinior est sol terre me-
ridionali quando mouetur in aquilonari ter-
re: comburet ergo plus in parte meridionali
et aquas et terras quam faciat in aquilone: et
ideo dicit ptolomeus quod terra meridionalis
vltra equinoctialem est inhabitabilis propter
calorem: falsa autem est partitio celi et terre
quoniam ponit plato: quia locus sub equino-
ctiali situs temperatior est in calore quam sit ethyopia
que non sita est sub circulo equinoctiali: sed
solstitiali estiuale sicut probatum est a ptolo-
meo et thesidosio et Auicenna et Albumasar
et concessum ab omnibus illustribus viris in
philia. Posset etiam dici quod dictum philosophi in-
telligitur quod mare fluat ab aquilone in meridi-
em versus equinoctialem et non versus po-
lum meridiale: quod sicut copertum est nullus vnquam
de quarta parte habitatiois potuit transire vl-
tra equinoctialem: et ideo partes vltra equino-
ctialem site sunt ignote nobis. Quod autem obicitur
quod non sic est de alijs elementis: quod non mouentur

Solutio.

in locis suis patet q̄ alia rō ē q̄ siccū nō que-
rit terminū alienū: aer aut̄ qui humidus ē h̄z
humidum extra seipm̄ fluēs sed aqua sola h̄z
humidū q̄ nō terminat̄. s. vbi sicco solido: z
ideo ip̄a sola fluit ad denerū terr̄ q̄ ad illud at̄
q̄ de cā fluxus eius obicit̄ qd̄ est coartatio la-
ter̄. dicendū q̄ absq̄ oi dubio humidū aq̄ nō
cadit in seipm̄ sed circūfluit terminos tāgen-
tis z coartatis ip̄m qm̄ nō h̄z viā p̄paratā ad
quā declinet. Si aut̄ h̄z illā tūc festinat effu-
gere pillā: z ideo mare coartatū in lateribus
vtriusq̄ lateris effugit infra littoza versus me-
ridiē: z huius exemplū ē vt. s. aqua coartat̄ i
vase z erūpat ps lateris vasis tūc enī effluit
p̄ rupturā illā id qd̄ coartatū fuerat. Qd̄ at̄
dicif cā generatiōis motū in meridie nihil
ē q̄ qd̄ hoc nō p̄stat altitudinē nisi p̄ticularē
oportet aut̄ locū vnde fluit aq̄ vbiq̄ eē altuz
aq̄ enī circūfluit motē vel mōtes sed nō p̄nt
circūfluere altitudinē regionis vlem. Qd̄
vero p̄sequēt̄ inducit̄ de loco generatiōis
aquar̄: dicēdū q̄ ad illū locū a generāte mo-
uent̄. s. a frigore p̄uertēte sup̄iora elemēta in
ip̄m: q̄ quantū frigus inspissando humectat
aerē tūc dat ei de loco maris h̄ iste mot⁹ de q̄
hic loq̄mur nō ē talis sed potius accidētalis
vt dictū ē. Qd̄ aut̄ de multis motibus aq̄z
inducif nō ē ad p̄posituz q̄ nihil phibet q̄ a
generāte aq̄s mouet̄ ad locū vnum q̄ reuera
nālissimus ē: z ille ē locus aq̄lonaris amphi-
tricus in quātū at̄ nō terminant̄ p̄prio termi-
no mouent̄ ad cōnexū vbiq̄q̄ sit illud respe-
ctu or⁹ eoz siue ille sit a mari siue a locis al-
tis motū sicut supra diximus: z ideo etiaz in
omnē p̄tē mouent̄ recurrentes tūc ad mare si-
cut ad locuz totius: motus aut̄ ab oriente in
occidentem z ecōuerso est p̄ motum spere lu-
ne sicut nos alibi declarauimus.

Capitulū. vii. de cā aq̄z dulciū fm̄ vitatē
Ost̄ hoc aut̄ necesse ē nobis inq̄rere
de amaritudine aq̄ maris ac saltedi-
ne ip̄ius. Sed q̄ amaritudo nō p̄t
cognosci nisi cognoscat̄ dulcedo: q̄ cā dulce
dinis puata in toto vel in parte causat ama-
ritudinē sic cā albedinis puata cāt nigredinē
ideo oportet nos p̄mo determinare de cā aq̄
dulcis. Vico q̄ q̄ aq̄ dulcis a calore sol̄ qui
eleuat̄ subtile aq̄ z dirigit ip̄m z in. acet ei m̄t
tū aereum nō q̄ quasi pinguescit ad nāz aq̄: z
ideo efficit̄ illa aq̄ dulcis: aq̄ enī p̄tinens ter-
rā circulo ip̄fecto vt dictū ē: z aer ē circūdās
aquā circulo p̄fecto z ignis ē p̄cordās aerē z
ideo p̄ raritatē aeris calor ignis in radijs so-
lis pot̄ in aq̄ efficere qd̄ dictum ē nup: z ideo
vaporabilis ascēdēs z postea descēdēs i plu-
uijs dulcior est alijs aq̄s p̄p̄ caliditatē t̄parā

Soluitur

Soluitur

Soluitur

Soluitur

no dicitur abdul
redimio aquar
pa cal.

20

30

dirigentē q̄ aduenit ei ex copulatione aeris
cū ip̄a z sicut cū radij solis calefiunt mare ele-
uat̄ subtiliores aq̄s ex ip̄o supra altitudinem
sui littozis: z trahit eas littozis porositas ad
aliq̄d cōcauū terre post qd̄ oriunt̄ a fonte ali-
quo z sūt dulces: q̄ calor dirigit in eis humi-
dū z subtiliat z cōmiscet multum de aereo: z
hec ē vna cā dulcedinis. Alia aut̄ cā ē colla-
tio eaz p̄ terre poros in quibus sepat̄ ab eis
terrestre cōbustum: z ideo itez efficiunt̄ dul-
ces. Et cā tertia est: q̄ sunt in receptraculis
cōcauitatū z eleuant̄ a calore sub terra cōclu-
so ad hostiā fontiu: itez tūc sepat̄ subtili⁹ ab
eis z eleuat̄ ad illud: itez ē dulcedo: z ille sūt
tres cause qualif aque sūt dulces. Nec q̄ de
dulcedine z cā dulcedinis aquar̄ dicta sunt.

Capitulū. viii. de opinioib⁹ antiquoz qui
dixerunt q̄ alia de causa eleuatur aqua q̄ sit
illa: que dicta est.

Interūt at̄ quidā q̄ aq̄ dulces quidē
eleuant̄ sed sol cibaf̄ hūiditatibus ele-
uat̄ q̄ ascēdit̄ ex diuersis locis ter-
re z sūt cibaf̄ solis eo q̄ dulces sūt z subtiles
z ideo etiā t̄pa diuersificāt̄ in humiditate z
siccitate qm̄ qm̄ mouet̄ sol in signis aq̄lonari-
bus in estate multuz de humore in n̄ra habi-
tabili trahit in sui nutrimentū: z ideo par̄ tūc
descēdit̄ in pluuijs: z ideo tūc ē t̄ps siccū. In
hyeme at̄ mouet̄ in signis meridionalibus z
nō cibaf̄ humore eleuato in n̄ra habitabili: z
id̄ tūc apd̄ nos sūt m̄lte plume z pauci meri-
die: q̄ ibi ē estas tūc. Vicitū at̄ istd̄ ē erroneū
sol. n. ē h̄z dispositioz vnā: qd̄ at̄ sp̄ ē fm̄ vnū
modū ē icorruptibile z icorruptibile n̄ cibaf̄
sol̄ q̄ nō cibaf̄ qm̄ si cibaf̄ corrupet̄ z muta-
ret̄ sic qm̄ cibaf̄ ignis corrupit̄ z mutat̄ z va-
riat̄ p̄ augmentū z diminutiōz z debilitatē z
fortitudinē. Ampli⁹ at̄ si sol cibaf̄ opteret
q̄ augeret̄ oi die q̄ cib⁹ ei⁹ nō tūc eēt potētia
sba sol̄: s̄ ē potētia quāta sba sol̄. Rō at̄ sba
quāta auget̄ sic i p̄mo de gnāt̄ ide z corrupti-
one dixim⁹ augere iā cibo hūidatū: nō tūc eēt
ei p̄p̄riū h̄ cōueniret̄ cōit̄ oib⁹ stell̄ oraticis: z
ē reliq̄s stell̄ fixis: q̄ oēs ab istis dicunt̄ au-
geri. s̄ qd̄ iuenit̄ i p̄sideratōe stellaz p̄it̄ ē s̄
rū q̄ isti dicūt. sol̄ q̄ stelle nō sūt cibate. ista
at̄ opinio oium sūt egyptoz macharicoz z
ē platonis: z d̄ hac opinōe nos ēt faciem⁹ ali-
bi p̄sideratiōz vtz aliud hēat vitatē. Suerūt
at̄ aliq̄ qdā q̄ dixerūt q̄ i p̄m⁹ p̄stitutiōis mun-
di t̄ra sūt tota hūida z coopta aq̄s: z in qdā
p̄te sui sol̄ resoluūt̄ humiditatem ab ea vapo-
res ex vaporib⁹ p̄ calozē sol̄ fact⁹ ē aer: ex ae-
re at̄ generat⁹ ē vēr⁹ vt dixerūt isti. Idic aut̄
sermo etiā erroneus ē: q̄ humiditas q̄ ascē-
dit ab aqua qm̄ multiplicata est in aere p̄ fri-

gus ibi existens inspissat & grauat: & ideo re-
soluit in aqua & redit ad terrā p pluuias. & h
ē qd obici pōt vtriusq; opinione qz ambe cō
ueniūt in hoc qd eleuatū ex aquis manet sur-
sum aut ad cibū stellaz aut ad materiā ventū

¶ Nos aut iudicamus de re occulta p mani-
festā qñ vna ē rō de vtraq; qñ enim eleuatur
vapor apud nos manifestus ē nobis q id qd
ē in eo subtilius ē fit aer & qd i eo grossius ē
fit aqua & descēdit p pluuiā. Si autē de toto
humido cibarentur stelle. Non rediret aliud
ad ros de vapore eleuato: grossum enim ibi
remaneret & etiā subtile qd resoluit ex aereo
in aquā tpe hyemis & pluuiar. Si enim ele-
mēta resolunt adinuicē sicut diximus alibi
aq̄ aut dulces qz leuiorē sūt alijs eleuantur
frēquētius sursum & eōtrario aq̄ salse qz gra-
uiorē sūt descendunt deorsum.

Capitulū. ix. de loco pprio aquarū fm ve-
ritatē & fm opiniones antiquorū.

¶ Itēq; nos inquiramus d̄ falsedine
maris ē necessariū nobis inquirere
de loco pprio aquarū: qz nō sūt false
nisi in loco pprio vel q̄ p̄tinuat illi sicut cōti-
nuat̄ oceano mediterraneo sic enī necessari-
um ē quare de loco pprio terre & aliorū elemē-
torū sicut necessariū est querere de loco pprio
aquarū dico autē fm veritatē qz maria sūt lo-
cū pprius aq̄ mediterranea enī recipiūt mlta
flūta & mediterranea p̄tinuāt ad amphitricē
amphitrix ē ḡ locus pprius & p̄m̄ oim aq̄z

¶ Nō ē autē verū qz qdā putauerūt qz maria nō
sūt pprius locū aq̄ vīetes tali rōne: qz vide-
bāt duas spēs eē aq̄. aquarū dulce q̄ leuis ē &
aquā salaz q̄ grauis ē & grossa nō possūt autē
leue & graue h̄re vñ locū nālē ppriū ḡ neq;
aque oēs h̄nt vñ locū. Sed dulces aq̄ & le-
ues locant̄ sursum in aere vel in p̄ctu aeris i
mediate & iste sūt pluuiarū salse autē & grosse
locant̄ deorsum: & ita sūt maria & origo fluui-
orū & fontiu: rōcinant̄ autē sūt ad hoc p̄ sile in
mūdo minorū. s. in hoīe & in aiālī: ibi enī duo
humores sūt ex cibo quorū vn̄ grossus est et
salsus v̄l amarus q̄ dimittit̄ i inferiōri pte v̄e-
tris: & ē p̄ncipiū vrine & supfluitatis grosse q̄
expellit̄ aliū aut humorē ē subtilis q̄ a calore
digestiue eleuat̄ de massa cibi et attrahit̄ p
venas & carnē & pellē & nutrimētū p̄stat mē-
bris: & hi duo humores nō locant̄ in vno lo-
co: sed vnus supra in sba mēbroz nutritorū al-
ter autē inferi in mēbris expulsiuis supflui-
tatū a sili ḡ rōcinant̄ dicētes qz neq; duo hu-
mores q̄ sūt in genere aquarū hui⁹ mundi ad
vñ locū possūt deriuari q̄ sit eis ppri⁹ & nā-
lis. Videt̄ autē ista deceptio his p̄tigisse ex
duob; quorū vñ ē falsū & alterū ē verū id autē

ē qd ē falsū ē qz mare sit originatū ex aq̄s sibi
p̄fluētib; & nō p̄ncipiū earū sicut lacus vel sta-
gnū efficit a fonte vel fluuiō & nō efficit euz
qz aut hoc sit falsū supra sufficientē ē mōstratū
& ideo isti nō respererūt ad h̄ qz mare sit ori-
go aquarū. Alterū autē qd ē verū ē qz illud ē p̄
ppri⁹ locū vnus cuiusq; h̄z nāz ad qd mouet̄ nō
p̄hibetur: & ideo videbat̄ eis qz locū leuis aq̄
p̄ueniētis ad nutrimētū ē sursum in pelle & car-
ne & alijs mēbris q̄ nutriuntur & locus masse
grosse ē deorsū in mēbris expulsiuis: & sicut qz
locū aq̄ leuis de facili vaporabil; p̄p̄ multaz
aeris p̄mixtionē cū ipsa sit sursum aq̄ at grosse
dixerūt locū eē deorsū. ¶ Nō ē at ita qz incō-
ueniēs ē p̄ho qd nō cōsiderata p̄ma cā cōside-
rāt qdā cōsequētia cāz aliā sicut faciunt nō cō-
siderāt enī p̄ncipiū locū ad quē mouet̄ cib⁹
ingrediēs etiā in al̄ q̄ locū ē stomach⁹ h̄ cōsi-
derāt loca ad q̄ deriuat̄ ex stomacho: & ideo
ppri⁹ & p̄mus locus cibi est stomachus: cibi
at hui⁹ vel illi q̄ in q̄sdā alias passioēs supra
rōnez cibi in cōi sumptā passus ē loc⁹ & diuer-
sus fm diuersitatez passioēs & q̄litatez iparū
inuētaz: & ita ē de aq̄s qz loco in cōi mare ē
ad qd dulces & amare aq̄ p̄currunt. Sed aq̄
aliud passa ē p̄ calozē subtiliātē v̄l grossū ter-
restre grauās pōt eē tot⁹ diuersus loc⁹ ḡ ma-
ris cōis ē aquarū p̄p̄ p̄funditatē suā vel lon-
ginq̄ratē p̄fundi sui in terra: ē enī p̄fundus
p̄p̄ magnā dimēsiōnē sui a supficie aq̄ in p̄-
fundus: lōginq̄ at ē illa p̄funditas & p̄tingit
a polo in polū p̄ vtrunq; punctū oriētis &
occidentis qz aliud supra dixim⁹. ¶ In illis at
locis leue semp p̄ solem eleuat̄ sursum in aere
vel ad supficiem vt effluat supra littus in cō-
cavitates fontium vel fluminum & qz omne
graue dimittit deorsum iuxta terrā.

Capitulū. x. & digressio declarās qualif
mare est locus pprius & p̄mus aquarū.

¶ Idē at h̄c eē q̄rendū v̄z mare sit
ppri⁹ locū aquarū: obiciet̄ at aliq̄s p̄
his q̄ opināt̄ d̄riuz & dicit qz nullius
rei fm nāz motus ē a loco suo nālī h̄ poti⁹ ad
ipm̄ locus at aquarū put supra mōstratū est
p̄cedit a mari & amaribus: ḡ mare nō videt̄
esse locū ppri⁹ aq̄z. ¶ Idē at rō poti⁹ mo-
uet̄ istos q̄ d̄dicerēt sniaz Aristō. d̄ loco aq̄z.
Ampli⁹ & si dicāt aq̄ moueri ad mare nō tñ
mare ex his p̄stituit̄ h̄ poti⁹ cōstituit̄ oēs aq̄s
indifferent̄ fluentes ḡ ab effluxu d̄r mare eē
p̄ncipiū aquarū h̄ nihil egredit̄ de loco suo
pprio sue gnātiōis: ḡ loc⁹ maris nō videtur
eē pprius loc⁹ grādinis aq̄: ad h̄c at qz nihil
p̄stituit̄ in loco pprio p̄p̄ suā mām h̄ poti⁹
p̄p̄ suā formā. ¶ Ad h̄c at nō dat aq̄s fluen-
tib; nisi materiā: ḡ nō dat eis locū: & sic

Q

ad

2a

itez apparet esse falsa sententia. f. phi. Qd
adhuc etiā alijs duab⁹ apparet rōnib⁹. quaz
vna ē q^d mare suo noie & rōne nois aliud ad-
dit sup rōne aq^z: sed sicut se hz nā ad nāz sic se
hz locus ad locū: q^d videt^r q^d loc⁹ alius sit ma-
ris q^d locus aquaz. Alia vero rō ē q^d mare di-
cit aquā ppositā & mixtā sed mixtū nō ē pnci-
piū simplicis sed poti⁹ ecouerlo: q^d mare non
ē pncipiū aquaz sed ecouerlo: q^d neq^z loc⁹ ma-
ris ē loc⁹ aquaz: q^d si eēt loc⁹ h⁹ esset iō q^d ma-
re pncipiū ē sicut dicitū ē. Est autē adhuc ali-
qd mirabile in cursu aquaz. f. qd ad locū ma-
riū faciat eas recurrere nō ipeditas nec retē-
tas. Si enim hoc sola facit loci denexitas si-
cut Seneca dicit. videbitur tūc q^d p accidēs
oīs aq^z reuertat ad locū mariū: nō autē ē loc⁹
nālis ad quē res mouet^r p accidēs: sed poti⁹
locus ad quē mouet^r p se & sic itez videbitur
mare nō eē locus nālis aquaz. In hac autē
difficultate tenēdū ē absq^z dubio q^d mare am-
phitrix locus primus cōis & ppius est aqua-
rū pimus & prim⁹ quidē: q^d ipse ē in quo pmo
fm nām generat^r ex pte aquilonis sicut supra
ostēdim⁹: cōis autē q^d oēs aq^z nō ipedite vel i-
mediate fluxibiles p mediū recurrūt ad ipm
dico autē p mediū currere sicut aquā de aere
cadētē que pmo recurrit ad riuos & flumina
& postea recurrit ad mare: & ideo sapient^r di-
ctū ē a salomone qd ad locuz vnde oriunt^r re-
uertunt^r flumina & itez fluūt. ppius autē est iō
q^d puenit aq^z fm q^d ē aqua h⁹ fm q^d ē elemen-
tū simplex nulluz hūis saporē sed oīs saporis
susceptiuū. Qd autē obicit^r ab opinione pus-
tacta nō ē difficile soluere si ad memoriā re-
uocent^r q^d autē dicta sūt: dicit^r enī q^d a loco ma-
ris in aerē vel supra lictus in pcauitates fon-
tiū nō ascēdit aqua fm q^d aqua sed poti⁹ aq^z
calore solis aliqd passa: & q^d iā illa vicinata ē
nature aeris ideo locū sortiē in ipso sicut nos
in primo libro hui⁹ scie docuim⁹. Ad id qd
obicit^r q^d mare dī pncipiū aquaz ab fluxu po-
ti⁹ q^d de reditu ipaz ad ipsum dicit^r q^d mare
dicit^r duo. f. aquā & locū: loc⁹ autē ē in quo ge-
nerant^r aq^z vt pus habitū ē. Sed aq^z pncipiū
māle ē fontiu & fluminū q^d sūt indeficiētū flu-
rus. Si autē eēt pncipiū formale fontiu tunc
teneret^r h⁹ qd obicit^r. Ad id autē qd dī q^d mare
nō dat aq^z nisi māz & rōe materie nō dat lo-
cus reb⁹ nālib⁹ dicēdū q^d hoc vez ē. Sz ma-
re dī loc⁹ aquaz rōne forme: q^d ibi ē genera-
tio & saluatio aquaz i loco suo motū at efflu-
endi nō dat aquā flūib⁹: q^d effluxus ille nō ē
aq^z h⁹ q^d aq^z sed ē aq^z q^d aliud passa ē. Ad id autē
qd dī q^d mare suo noie aliō addit rōi aq^z dicē-
dū q^d mare dī duplicif. f. fm aq^z & aq^z cū q^d lita-
te. Ad id autē rōne maritudinis dī & sic non

sumit^r hic h⁹ potius sōm aque cū loco dī hoc
mare. & p h⁹ p^z etiā solutio ad sequēs quis q-
dā dicat & forte vez ē q^d mare nō ē saluz nisi
iux⁹ lit⁹ h⁹ vbi ē in medio littoz p cōdistantiā
ibi dicit^r oceanū eē aquā simplicē & inspidā
& tūc nō tenet obiectio. Ad vltimū at dicē-
dū q^d sine dubio qlibet res mouet^r nālis ad lo-
cū suū vbi sit ipedita: & iō aqua cū re soluit^r ex
ipā nā aeris & redit ad spēz suā stati tēdit ver-
sus oceanū nālis neq^z egredif^r ex ipō vbi ali-
ud passa a radijs sol^{is} & stellaz cū enī tria sūt q^d
trahūt. f. calidū & sile & vacuuz nō trahit cali-
dū nisi p h⁹ qd pgregat a se omogenia sibi si-
mile aut non trahit nisi rōne q^d itatis loci q^d
totū trahit pte sibi silem i forma eo q^d ipā na-
ta ē eē secuz i eodē loco: & iō ps mouet^r ad to-
tū & sic aq^z nālis mouet^r ad mare nisi gnānt^r &
ibi totū eaz ē c⁹ ipse sūt ptes: sūt at vacuū tra-
hit q^d loc⁹ tenet locatū rōe quātītatis quā hz
adipm & h⁹ q^d dicē voluim⁹ de nāli loco aq^z
Capitulū. xi. qre mare redūdat ex influxu
one omnium aquarum.

Est hec at circa locū maris qrendū
videt^r qre hoc ptingit qd nō redun-
dat mare cum oia mediterranea ma-
ria & flūia & fontes intrēt in ipm. Dixerūt
at qdā q^d additio ad redūdātiā nō appet i ma-
rib⁹ cū sit receptaculū oim aq^z & loc⁹ quietis
eaz: receptaculū enī nāle q^d ē loc⁹ rei fm nāz
rei nō redūdat ex ingressu rei q^d fm nāz dz eē
in ipō: q^d loc⁹ adequat ei qd includit fm nāz
& isti dixerunt veritatē. Est tū etiā alia cau-
sa. f. q^d de aquis introeuntib⁹ mutūm pfrigi-
dant p vapores eleuatos & in aerē & p^z inue-
niunt^r effluit ab ipō mari ad hostia fluminū quā-
tum influit ex ipis fluminibus: & ideo nō po-
test redundare. Est autē in hoc videre per-
simile: si enim accipiatur vas aque paruum
et aspergatur ex eo locus amplius diffusus
valde aspergatur autem successiue pars post
partē & nō effundatur illa aqua in eum simul
sed successiue pars post partē donec tota cō-
sumet^r nō apparebit vnq^z aliud nisi forte ma-
defacto in illo loco q^d prima aspicio exsiccata
ē anteq^z secunda adueniat & ita pua est aqua
respectu loci qd nō sufficit ad ineffundendū
locum: sed vix ad madefaciēdum eodem au-
tem modo est de aquis fluentibus effusis in
locum amphitricis ille enim fluunt super lo-
ca amplissima que ipsa vix sufficerent hūme-
facere in superficie si non essent ibi aque in-
uente in mari oceano insuper & resoluūtur
successiue & egrediuntur ad hostia fluminuz
& ideo non apparet vtrum aliquid additum
sit ex influxu aquarū: et ideo non redundat
oceanus.

Solutio p^z Boet

Capitulum .xij. de modo fluxionis reditus ipsarum aquarum.

Ident aut omnia flumina reflexa eē de mari z ex mari ad seipsa vt iteruz fluāt: z ita videt mare eē finis z pncipiū aquarū: vnde ois origo aquarū z pncipiū eāz ē in mari qd noiat oceanus qz mare ē plus in rōne pncipiū qz in rōne finis: habet eni oceanus strictū mediū respectu sue aque: voco aut mediū totā latitudinē que est int̄ duo littora aquilonaria: z ideo supra diximus qz pres aque ipellūt se ad meridiē ab aq̄ lone: habet etiā idē mare longinquū pfūdū ab aquilone in meridiē p duo p̄cta orientis z occidētis z suū pfūdū vbiqz ē habūdans habūdant eni in aquilone ex generatiōe aquarū illic: in meridiē aut habūdant p̄ hoc qz continue fluit ab aquilone in meridiē: z ideo cū sit vbiqz copiosū in aqua vbiqz ē pncipiūz diuidit eni ipm p exitū aque false ab eo i alia maria mediterranea: aque eni ipius maris ipellunt ad mediū maris tanqz ad locū illum vnde p̄s sepabat cū effluxit z vñ fuit mor? pncipiū cū exiuit a mari. In illo eni loco aliud passa fuit a calore solis vel ex alia cā quare sequebat ab eo qñ efflūt: amittēs aut illō accidēs in fluēdo iterz redit ad locū illū: qz ille loc? debet aque que ē in vera aqua forma qz sicut alibi dictū ē: locus ē de cōsequētibus formā: z ideo qz aque redeuntē adunāt ad mare tunc redeunt ex d̄rio cursu ex quo inceperunt: qz a medio mari leues effecte calore solis effluerūt vel in aerē sūt vaporabilē su spēse redeūtēs aut grauate sunt: z redeūt ad locū mediū maris quāto vicinius possūt z si sepatio aquarū a medio mari fuit inferius p̄fundū littoris maris p que venit ad loca cōcaua fontū z fluminūz necessario reuertunt supius in superficie maris intrātes in ipm mare sicut oia flumina videmus intrare in mare ex superficie at̄ reflectunt ad mediū vñ cursuz receperūt cū p̄mo effluerūt a mari.

Capitulum .xij. de cā diuersitatis saporū in genere: z qualif in aere ē necessariū ad perfectionē mundi: z quare nō deficit.

Ausa autē mutatiōis aquarū in sapore duplex ē in genere. s. loc? p que trāsit qui ad aliquē saporē mutatus ē ex sulphure vel ex cupro vel arsenico vel alioquo hmōi alto qd ē in eo: z calor solis qui eleuat de fundo aque vaporē terrestrez z adducit ptes ei? z facit aquā salam vel amarā: z de hac cā saporis aquarū loqm̄r in pncipio: de cā aut saporis aquarū que ē ex loco loque mur postea anteqz aut dicamus de falsedine maris dicemus prius necessitatem ipsius.

Dico aut qz mare p̄tinet ad mūdi facturā z p̄fectiōz: qm̄ mūdos nō est p̄fect? sine ip̄o: qz nō existēte pncipio aquarū nō existit aq̄ simplex. Sed si nō eēt aqua simplex nō eēt aqua mixta: z ita nihil gn̄atorū existēt mixtū ex aqua: cū aut aqua cōtinuationē p̄stet mixtis corporibus si nō eēt aqua nō eēt mixta corpora cōtinua z cōglutinata. vnde tūc nō existēte pncipio aquarū destrueret generatio z mūdos destrueret p cōsequēs. Adhuc autē si nō eēt pncipiū aquarū nō eēt oēs cōiugatiōes d̄riorū que sunt possibiles: z sic natura deficeret in necessarijs: virtus aut deficiēs in necessarijs impedit ab actu z opatiōe qz p̄tinet geret qz nō existēte pncipio aquarū deficeret opatio nature. Est aut questio quare nō deficit in exitu aquarū ab ip̄o z eleuariōe euaporationū: cā aut hmōi ē qm̄ diximus. s. qz redit ad ipm tm̄ quātū recedit ab ip̄o. Si eni p̄ euaporationē mutat in aerē ex pte meridiē tūc tantūde cōuertit in ipm de aere ex pte aquilonis. Similit̄ si mutat in aerē aliud de ip̄o in estate redit ad ipm tantūde de aere in hyeme eodē mō eleuat euaporatio ab ip̄o ad mām nubū: hoc totū redit ad ipm in de censu pluuiarū z niuiū z aliarū humidarū imp̄ssionū ab alto veniētū. Qd aut egredit ab ip̄o ad ortū fontū z fluminūz totū redit ad ipm: z in reditu eorūde ad ipm.

Capitulum .xiiij. de causa falsedinis maris s̄m opiniones antiquorū.

Alia aut sunt falsa sicut quidā dixerunt: ideo qz cū salū z dulce pmixta sunt in mari nō p̄cipit̄ salum sed totum apparet dulce. Sed sol calore suo eleuat dulce eo qz est subtile: z ideo remanescit solū saluz grossum percipit̄ z imutat sensum: isti autē errauerunt in dictis eorū: quia si verz dicerent cū sicut tā habitū est tm̄ reuertatur ad mare de aqua dulci quātū eleuatur de ip̄o: oporteret qz mare dulcesceret in reuersiōe aq̄ dulcis ad ipm: z hoc nos nō videmus. Adhuc autē oporteret qz mare cōtinue eēt dulce qz cōtinue tm̄ cōuertitur ad ipm de aqua dulci quātū eleuat de ip̄o. Alij at̄ magis grossi p̄bi dixerūt qz cā falsedinis maris ē qz in ip̄o sunt aque false cū dulcibus z imutant z alterant aquas dulces ad saporē saluz. Sūt isti autē rudes qz petūt id qd est in pncipio qz qñtū ē quare aque maris sunt false: z ipi dicunt qz sunt false z alterāt dulces: z nō dicūt cāz qz re aq̄ false sūt false z qre aq̄ sūt amare. Ibi at̄ de qb? super i? fecim? mētionē qz dixerūt qz sudor terre cāt mare: z qz sudor ē saluz iō maris ē salū: reprehensibiles sunt in hoc qz sufficiētē cāz nō affiguerūt: nō. n. dixerūt cāz qre egre-

derādo istas descriptiōes: q̄ nō distinguūt
nisi in noib⁹ v̄toz: attēdēdū tñ q̄ h̄z v̄ti sūt
tot tñ fere quelibet terra h̄z ventos qui in ea
frequēt flāt sicut dicit̄ Seneca: sicut in gal-
lia frequēt flāt circius et in germania occi-
dētali frequētius faunio: iuxta montes autē
qui alpes dicunt̄ frequētius flat septētrio et
sic de alijs: attēde etiā q̄ h̄z sūt v̄toz dicūt̄
calidi et hūidi et siccī vel frigidi sic p̄dicit̄ ē.



Capitulum. xxiij. quare plures venti sunt in septentrione et austro quam alijs partibus orbis.

Si autem necesse dicitur quare plures sunt venti in meridie et septentrione nostre habitabilis quam in alijs partibus eius. Causa autem est: quod sol ascendens nunquam totam terram habitabilem radios suis implet nisi quando stat in loco circuli meridiani et tunc operatio eius est fortis et respicit tunc radios suos adlonem et meridiem: et quia fortis est ideo multum trahit et eleuat vaporem: et quod non diu stat sed statim declinat a cardine celi sue a meridiano ideo non consumit vaporem in illis locis eleuatum: sed generantur inde nubes et pluuie quorum licet inundatio sit in locis medijs inter orientem et occidentem sicut supra diximus: tamen frigiditate sua et humore implet

lit vaporem terre ad utramque extremam regionem hoc est ad adlonem et meridiem: et ideo fiunt ibi multi venti: quia sol ibi eleuat de terra vapores expulsos et tunc obuians in aere frigido percipit eos et fiunt venti nisi autem ita intelligatur quod dicit Aristoteles. obuiat superius dictis ubi habitum est quod solis mora est parua in parte septentrionis et meridiei et ideo operatio debilis est et pluuie pauca et venti multi. Ecce contrario autem est in oriente et occidente et locis medijs in orientem et occidentem. Insuper etiam quod supra habitum est intellectum est de septentrione et meridie totius mundi. hoc autem quod dictum est dictum est de septentrione et meridie habitabilis nunc ita quod meridies et septentrio sunt partes ipsius habitabilis partis terre. Est etiam attendendum hic quod cum vapor terreus cedit soli et pluuies ad unam partem tunc non cedit ad aliam nisi parum: et hec est causa quare isti duo venti nunquam flant fortiter simul: sed uno eorum fortificato debilitatur alter nisi forte rarissime hoc contingat.

Capitulum. xxv. quare orientales venti sunt meliores veteris occidentibus in quibus est digressio declarans complexionem veteris.

Etiam etiam orientales calidiores sunt ventis occidentalibus: licet enim ventus sit ex vapore frigido et sicco: tamen ex loco in quo oritur et per quem flatus eius acquirit aliquam proprietatem alterius complexionis: et sic modo dicimus quod aquilo est vetus frigidus et siccus et meridies calidus et humidus: et orientalis calidus et siccus: et occidentalis frigidus et humidus. Laterales autem venti habent proprietates principalium remissas et aliquid participat qualitate illius venti versus quem habet generationem. non autem puram illam tamen dicitur orientalis calidior occidentali: sed etiam ideo quod sol diutius agit in vapore orientalis veteris quam agit in vapore veteris occidentalis licet enim mora solis quasi semper sit equalis ita quod ita diu ascendit in orientem sicut descendit in occidentem tamen triplicem virtutem infundit vaporis orientalis et non nisi simpliciter infundit virtutem suam vaporis occidentalis. In oriente enim primo emittit radium in istas calorem in eos: et secundo per paulatim accessum auget calorem generatum: et tertio per puritatem corporalem consumit eum et trahit secum aliquandiu et tunc deinde incipit declinare ab eo et tunc remittit incipit calor vaporis. In occidente autem versus nos non ita procedit sed vaporis vix illuminato statim cadit sol sed habitata lenitas et maiorem vaporis partem trahit secum et remanet frigidus et grossus vaporis super orientem sol non potest et ideo frigidior est veteris. Ex dictis autem ita duo patet quod unum est quod licet veteris orientalis calidior sit vento occidentali et subtilior et clarior tamen in mane cum sol agit in ipsum calidior est et purior et subtilior et sanior quam post meridiem

inferiori. Ventus autem ex vapore terre sub
tili in elemento quod est de superioribus et ideo de-
terminatio vnius consequenter adiungitur de
terminatio alteri: quia conueniunt in mo-
uente ut diximus et etiam in hoc quod vtrumque est
ex vapore terre simplici. Dicemus autem
de terremoto quid sit et que sit causa eius et
quis motus eius et tempus et locus et signus
et mora et effectus et alia que de ipso conside-
rantur. tangen. es autem quid sit tremor?
primo dicemus opiniones aliorum diuersas
et postea redibimus ad opinionem Aristot.
et ad veritatem etc.

Capitulum .ij. de improbatione Anaxa-
gore et sequentium ipsorum: et de esse tremo-
tus in eo quod dicebant ignem facere tremotum.

Uit autem opinio Anaxagore quod ether
qui secundum eum est aer inflammatus sicut est
aer altus iuxta ignem quem superio-
rem aerem esse supra diximus descendit inferius
et in terram penetrat propter suam subtilitatem et
occultat in ea et in interiore eius parte agita-
tur sursum et deorsum cum exire non potest et
tunc terra mouetur et ille motus est tremo-
tus. Hoc autem quod dictum est de positione Ana-
xago. breuiter dixit Aristot. sicut tamen appa-
ret ex dictis eius Anaxag. posuit modum descen-
dendi ignis et penetrandi in terra et quomodo terra mo-
uet. Dixit enim quod descendit imixtus nubibus si-
cut videmus nubes frangi igne emittentes et
cum nube resoluta in materia terre descendit
ad terram et per subtilitatem sequens nam suam in qua
descendit quod est puluis vaporum imixtus penetrat
in terram: ibi enim excitat estu ex terra quendam
vaporem sursum quem cum consumpsit et sit
liber nititur transcendere in altum et impetu
suo corpora obuiantia concurrit et conuellit. ali-
quid autem mouet motu concussionis solum si con-
uellere non potest. Sunt autem alij qui secuti sunt
Anaxag. in preterito qui dixerunt ignem esse causam
tremotus: sicut dixerunt enim ignem descen-
dere quemadmodum dicit Anaxag. si in terra non
dicit eodem modo agere: sed dicunt quod ignis in terra
clausus efficit calidior quam si clausus non esset
et ideo consumit corpora sibi vicina et facit col-
mata et hyarus magnos sub terra ita quod superior
terra non stat super solidum: sed habet subter in-
capedines sicut si stare super columnas. contin-
git autem quod igne aliquando illa columna quibus su-
perior pars terre innititur euelluntur sicut cadunt
trabes combusta in domo et tunc fit tremo-
tus aliquando ebulliens homines et villas quan-
do latum est incendium subter. aliquando autem concu-
tiens sicut quando est paruus incendium in fre-
visceribus. hec autem opinio dicitur esse Empedoclis.
Fuerunt ad huc alij in preterito cum istis conuenientes

quod dixerunt quod ignis descendit in terram modo
predicto: sed cum descendit et clausus fuerit
tunc terram cum humido quod in ea est bul-
lire facit sicut videmus quod bullit aqua in olla ad
ignem quando olla est bene cooperta. res autem
que bullit mouetur et ideo fit tremotus in
tali ebullitione et hec opinio dicitur esse py-
thagore. Ad huc autem etiam Anaxymenos quod
ignem ponit esse causam tremotus: sed dif-
fert ab omnibus predictis: dicit enim naturam esse
calorem terre et terram habere naturam calorem quo
uiuificat ea que nascuntur ex ipsa. contingit autem
terram senescere et per calidum deficere humi-
dum et tunc si etiam euapore calidum. terra autem di-
xit senescere sicut omnia alia senescunt. antiqua autem
conuelluntur et premiscuntur etiam si nihil ea impellat
sicut membra senum primo tremunt et postea
cadunt et dissoluntur et huiusmodi tremorem et con-
uulsiones terre antiquate posuit esse tremotum
sive tremat calore et humore naturalibus defici-
entibus sive euellat calore et humore in toto de-
structis. omnes autem isti signo quodam vbi sunt ad-
probatione sue opinionis. scilicet quod in tremotum fre-
quenti inuenitur effectus ignis et hoc dupliciter
quod aliquando cinis exiens cum impetu inuenitur
de loco in quo est tremotus et loca subter in-
ueniuntur combusta. aliquando autem videntur ardere
quedam loca per aliquod tempus quod postquam arsa sunt
euulsa inueniuntur sic expressis apparet in quibus-
dam montibus vulcanicis qui postea conuerunt
in tali et tanta diuersitate inueniuntur opinio-
nes antiquorum qui ignem dicebant esse cau-
sam tremotus.

Capitulum .ij. de improbatione opinionum dicentium
ignem descendere et facere tremotum.

Sicut autem philosophus breuiter transiens non teti-
git nisi opinionem Anaxag. eo quod illa
sit radix omnium aliarum ita breuiter impro-
bat vtramque preteritam opinionem ostendens quod ignis
non descendit: et si descenderet non esset huius opinio
eius quod dicta est. Primum autem horum. scilicet quod ignis non
descendit probatur ex hoc quod nullum subtile sibi cor-
pus naturaliter descendit deorsum. ignis autem est sub-
tilissimum corporum specie quod non potest per naturam pro-
priam descendere deorsum: quod si aliquid dicat quod
non descendit per naturam propriam sed potest imixtus
nubibus et vaporibus et roboribus sic et Anaxag. di-
cit quod descendit in ipsa nube: et sic nos diximus
in libro de generatione: et etiam in isto: dicendum quod
si verum est: si tunc probatur quod hec non sit eius opinio:
sed post ipsum tunc venit ad mixturem corporum pro-
ficienda: aut si venit in terram in cavernis fre ele-
uat aquas ad ostia suorum fontium sic nos diximus
super. Amplius quod non est mobile ad latum non facit
tremotum qui quasi si est ad latum. Ignis autem non
est mobile corpus ad latum: sed tamen sursum.

Probatur quod ignis non descendit in terram

Adhuc fm hoc terremotus non esset nisi sursum & deo: sum qd falsum est cu sepe p motuz tremoris e sicut nos ostendem⁹ infra in isto tractatu. Adhuc autem si esset terremotus quedam terre ebullitio deberet fieri per motu pectiuu terre a loco maioris caloris sicut nos videmus in olla bulliente q a parte olle que tangit ignem aqua recedit ad partez potremam. hoc autē mō non videm⁹ fieri terremotū. Si autē fieret igne cōsumēte inferiora & deſcēte superiora sicut est in icēdio domoz nunq̄ fieret terremot⁹ nisi per foueam in quā caderet terre supertoz ps. h aut falluz est q sepe fit ita q locus nō nisi tremit: qñq̄ aut fit p diuisionē terre a terra sicut narrant historie veterū q ossa mōs aliqui priu⁹ fuit mōti q̄ vocat olimp⁹ & p terremotū p lōgum spaciū est ab eo diuisus: & aliqui scicilia hesit apulie & ex ea diuisa ē per terremotū & mare fluxit in mediū & sic hispania aliqui hesit affricę & simili mō & causa fert ab ea iteriecto mari diuisa: & h narrant Seneca in libro nālium questionū. Si autē eēt ex terre antiq̄tate tunc ibi accidere debēt & nō frequētius in eisdem locis. Adhuc autē in terra humecta & calida & molli frequētius accidit & illa nō hz pprietates ei⁹ qd pfectū est per senū. Cōstat q̄ ipse iste opiniones sunt erronee.

Capitulū. iij. de opinōib⁹ eoz q̄ dixerūt aquam eē causam terremot⁹.

Emocrit⁹ autē dixit q terra ē int⁹ cōcaua hñs i se radices oīuz aq̄rū istarū que manāt sup terrā & hz in se spacia mariū & tanto magis vacat ut se dilaret in aquarū spacia quanto libera est ab exercitio habitationis: cū ergo ex aliqua causa recit additones aquarū siue ex pluuijs cadētib⁹ super terrā siue etiā q aq̄ sub terra siue ns per casum in ipam alicui⁹ magni corpis ipeditur & redundat sup ripam: siue etiā q sb terra iūgit ei alia aqua ex aliqua causa: & iō sup ripā inundat tūc cōmouet terrā que ē circa & sup eam pp̄ hoc q artus est et loc⁹ & impetuz tūc cōcutit terrā in aquā impingit & motus ille est terremot⁹. In gnē autē cause isti⁹ sed nō in modo causalitatis cōuenit pbs qui in libris arabicis corrupti nois ē & dī ysiminis de ciuitate q̄ vocat X̄nus: h fm veritatē vocat methodorus qui de ciuitate vocata Ehyus fuit. h enī dixit q terra aliqui post humefactionē vehemēter exsiccat & ideo scinditur & cū postea venit pluuiā influit aq̄ pluens in cōcauitates eius & occultatur in ea et pgregat in aliquo loco tāta q terra natat super aq̄s illas & tunc postea declinat aqua sb terra ad pcauitatē aliā tūc terra que nataue

rat sup aquā descēdit vel declinat ad latus & illa cōcussio est terremotus. In idē fert opinio Thalys milesij qui dixit totā terrā eē subiectā humore & totū oceanū esse sub terra & superiorē terrā eē q̄ sit aq̄ & ideo portari terrā ab aqua sicut quoddā magnū nauigiū qd cū ppter offensionē aque ex vento vel ex h q̄ impingit in aliquid inundat vel ad vnam ptē declinat tunc fit terremot⁹. Omnes autē iste opiniones p argumēto sue sententię accipiūt id qd sepiſſime aque apparēt in terremotu que ante nō apparuerūt: & iterū qd iū mare & magnas aq̄s stagnātes multum frequēt⁹ fit terremotus. Adhuc autē q̄ in seprentione iuxta mare quasi continue terra tremit. Si fiat fortis cursus equi vel hominis super eam & tremit per fortem motum q̄ fit super terram illam per longū spaciū ita q vasa plene liquoribus effunduntur & hoc ut illi dicunt ex hoc q terra illic plus subiecta est elemento humido q̄ alta & mouetur ad latera sicut nauis. Addūt etiā isti q non credendum ē q terremot⁹ fiat spiritu aliquo mouente terram siue sit aer spiritus ille siue vapor: quia minus forte non mouet id quod est magis forte. Constat autem q terra solida & lapides magis fortia sunt q̄ spiritus tenuis siue sit vapor siue aer. Adhuc autē adijciunt in argumentum sue credulitatis q a simili causa fit motus terre subter: & terrestrium superius. videmus autem q spiritus uel aliud corp⁹ tenueraro deſcūt lapides de montibus & eradicat arbores & deſcūt edificia q̄ singulis annis ad oculum videntur fieri inundatione torrentium & aliarum aquarum & talis ruina fit subito hominibus improuisis. Cum autem ea que sit per ventum & spiritum impellentem aerem. Dicunt etiā q sicut sunt duo impulsa q̄ ita fm nature congruitatem duo debent esse impellentia. Aer autem & terra duo sunt impulsa: ē ergo aliud aerem impellens: & h est spiritus & aliud terram qd est aqua cum impetu fluens. Admirabile autem istis videtur si natura sagax & ingeniosa eodem impellente repelleret forte & debile & id qd facile mouetur & id quod difficulter concutitur. Nec ergo & similia sunt que dicunt illi qui ponunt esse causam terremotus aquam.

Capituluz. v. de improbatōe omniū opinionū ponentiū ex aqua eē terremotū.

Ristoteles at nimis breuit t̄git horū iprobationē & iō oz nos addē dicitis ei⁹ sic addebam⁹ vbi enūerate sūt opiniones. Nonit at dicit⁹ pbs duas rōnes q̄ sunt p̄ oēs opiniones istas in cōi q̄ruz

una est q̄ si ex aqua esset terremot⁹ tunc fieret terremot⁹ in oi terra: quia aut omnis terra natus sup aquas ut dicit Thales aut insū dicitur aquis ut dicunt alij sed hoc ē falsum: q̄ nō in oi terra inuenit terremot⁹. Scda ratio ̄ oēs p̄ habitos p̄ hos est: q̄ si terremot⁹ eēt ex infusione aque sub terra tunc nunq̄ siccul loc⁹ humectari posset nisi terra ibi moueret q̄ iterū p̄ eē falsum q̄ locus sic⁹ humectat⁹ ⁊ humid⁹ exsiccat⁹ abiq̄ eo q̄ fiat terremot⁹. Est autē specialit̄ p̄ra democritū: quia si ipse verū dicit tūc loca fontū sepiissime tremere deberent ⁊ hoc nō inuenit. Adhuc nunq̄ terremot⁹ est sine aqua: ⁊ hoc nō verū eē ostenditur infra vbi dicit q̄ tempe Mercuris non aqua sed cinis exiuit de terremotu q̄ fuit iuxta Thozintū. Adhuc autē terremotus deberet esse semp̄ cū runis terre: qd̄ iterū nō semp̄ inuenit q̄ nos videm⁹ q̄ h̄ aq̄ cauat ⁊ ruit in preceps ⁊ tremit tandem stans in eodē loco. Cōtra methodoz autē chū iō ē q̄ terra nō ē elementū cuius p̄p̄tū nō sit natate sup aquas sed poti⁹ terra descendit in aquis ⁊ iō nihil est qd̄ dicit terram subnectā esse aquis ⁊ fm̄ aque cursum declinare. Adhuc autē in loco fisso maxie fm̄ methodozū deberet fieri terremot⁹: quia ibi plurias aq̄s recipit influentes terre. Sed ̄rium hui⁹ inuenit p̄ experimētū: q̄ locus multaz fissurarū minime tremit. Contra positionez v̄o talis est q̄ nālis ordo elementoz est q̄ aq̄ sit super terram: q̄ aq̄ nō est integraliter nec quātū ad radicē primā in terra. Adhuc subtilioris elementū maior ē locus: sed aqua subtilius ē elementum q̄ terra q̄ maior ē loc⁹ aque q̄ terre q̄ aqua nō est i terra sicut dicit tales milesius. Adhuc autē cum omnis terra sit subiecta aquis fm̄ Thalem omnis terra deberet habere motū qui est terremot⁹. Adhuc si mot⁹ terre ē sicut mot⁹ nauigij nō deberet esse terremot⁹ nisi ad latus vnū uel ad vtrūq̄ ⁊ hoc nō videm⁹: quia infra ostendem⁹ q̄ motus terre mot⁹ plurime materie ē sursum ⁊ deorsū. Adhuc at̄ fm̄ Thale aq̄ exiēs a terremotu nō deberet nisi supfundī lateri vni motu terre: ⁊ aliud deberet eleuare ab ipsa sicut in nauī vnū latus deprimī s̄ aq̄ ⁊ aliud eleuā ab ipsa. Ad hoc autē q̄ inducūt p̄ signo dicēdū q̄ nō est generale q̄ in magnis motib⁹ terre nulla aliq̄ apparuerit aqua nec absorpta ē que p̄us apparuit sic in exēplo sup̄ posito de terremotu iuxta Thozintū apparet tñ aq̄ aliq̄ p̄ accūs excusā p̄ vaporē subterraneū sicut ostēdem⁹ in sequētib⁹. Qd̄ autē iuxta aquas terremot⁹ non cogit q̄ sit ex aq̄: s̄ poti⁹ q̄ vent⁹ terremotuz faciēs q̄ aliq̄ impellit ⁊ aliq̄ impellitur ab

ipsa ⁊ quia hoc sit iuxta mare ideo ibi fit frequētī⁹ terremot⁹: ⁊ huius ratio patebit in sequētibus. Ad h̄ qd̄ obijcitur de terra septentrionali dicēdū q̄ ipsa cōcaua ē ⁊ plurimum aq̄s infusa vsq̄ in p̄fundum sui: iō hieme ē tota palidosa ⁊ i estate generat⁹ in ea spūs multus ⁊ vapor q̄ modicū coartat⁹ facit terrā tremere: coartat⁹ autē in pulsū currentiū sup ipaz q̄ autē vetus mule⁹ sic in ipsa dixit experimētator q̄ ipse forauit terrā lancea longa ⁊ exiuit ex foramine vetus q̄ fere diruerat domū. Adhuc autē qd̄ dicit q̄ incōueniens videt si corp⁹ tenue moueat: dicēdū q̄ aer cū tōitruo scindit lignū: vapor tñ spissior ē q̄ aer ⁊ ideo forti⁹ impellit ⁊ q̄ nō pōt facē p̄ se facit repulsus eo q̄ mobil⁹ sit in oēm partē qd̄ non facit aqua ⁊ iō aq̄ que simpliciter descendit non potest facē istud. Ad id qd̄ vltorius inducūt dicēdū q̄ vapor terrestris i superioribus magis cōuellet res corpales q̄ aqua: s̄ ⁊ si aq̄ facit in sublimi vbi obstaculū nō h̄z qd̄ sequētie ē ut h̄ ipm̄ faciat in p̄fundo terre vbi pluria habet obstacula. Ad vltimū autē q̄ dicūt q̄ si sunt duo impulsa ita necesse ē esse duo impellentia: dicendum q̄ hoc argumentū logicū ē: in naturis derisorū: ⁊ procedit ex flis q̄ natura opat⁹ p̄ pauciora q̄ potest ⁊ iō cum sufficiat vnum impellens ad aerem ⁊ grossa ⁊ fortia que sūt super terrā in aere multo magis ideo impellet pres terre subterraneas: et ideo nō oportet q̄ aliud impellat corpalia in imo q̄ in supmo: s̄ poti⁹ rōnale est q̄ sit idem sicut infra probabitur.

Capitulu⁹. vi. de esse ⁊ causa terremotus fm̄ veritatem.

Terremot⁹ autē ē id qd̄ dicimus nūc. supponant⁹ enī nobis ea q̄ superi⁹ in sciētia hui⁹ libri determinata sūt. s̄. q̄ vapor ē duoz generū. s̄. vapor humid⁹ ⁊ vapor sic⁹. cū enī terra sit i natura sua sicca humectat⁹ tñ cū pluit: ⁊ sole tunc agente in eam eleuatur ex ea vapor humidus ⁊ vapor sic⁹. Diximus autē in precedētib⁹ q̄ vapor sic⁹ a terra eleuatus est ventus. ipse enim est qui eleuat⁹ ex terra per caliditatem solis pueniēs ad eam ⁊ est radix ventozum ⁊ principū eoz. fact⁹ at̄ per duos mōs. est enī aliq̄ subtilis in superficie terre eleuatus ⁊ ille trāscēdit aerē ⁊ concutit ipsum. aliq̄ autē extra hitur de p̄fundo terre ⁊ est grossus non potens expirare p̄pter terre profunditatem et soliditatem ⁊ inuenit loca cōcaua subrus in terra ⁊ ille coartatus in ventribus cōcauitatum terre facit terremotum. cū enim coartatur aliq̄ similis generis uel diuersi veniēte ad ipm̄ ⁊ p̄mēte euz agit⁹ in imis tre vi.

scribis et agitatio hec impingit locum corporis obstantis et remouet eum et hoc vocatur motio terremotus: quod autem ita sit ut dictum est probatur per hoc quod sit in manifesto super terram. Si enim quatuor consideretur elementa et impressiones eorum non inuenitur aliquid quod possit facere huius impulsione nisi ventus. Si enim consideres ignis constat quod ex igne nihil spirat per euaporationem: ipse enim ignis in se mouetur sursum tamen et ideo non habet motum ad latum: nihil enim impellit corpora grossa nisi quod ad latum est mobile. Eodem modo probatur quod terra firmis se non mouet corpora percipiendo cum ipsa sit mobilis deorsum tamen et dictum est quod oportet quod id quod percipit corpora sit mobile ad latum. Amplius autem terra mouetur in terremotu: nunquam autem idem est motus et mouens ut in vii. philosophicorum declaratur: quod terra non erit mouens in terremotu. Aer enim firmis se non facit habere: quod non mouetur nisi habeat mouens et tunc oportet quod illi aeri mouens poneretur. Adhuc autem aer in natura aeris ascendit in terra ut in celo et mundo declaratum est: videlicet ergo non tantum in terra posse trineri quod terram mouere possit. Aqua autem quod facere non possit terremotum supra est ostensum ergo nec vapor aque: quod ille frigiditate terre statim peruertitur in aquam: quod si sit in aquam etiam si sub terra generaretur relinquitur quod si sit ventus. Amplius autem habet operatio ventus esse videtur super terram. videmus enim quod ventus omnia percipit et mouet corpora in superficie terre manentia. Adhuc videtur enim ignem aliquem ex sufflato ipse a percussione et extinguendo corpora accensa. aliquem autem amplius inflando accensa corpora et faciendo quod ignis penetrat in ipsa ita quod inferius exestuat et aduruntur. aliquem autem sua agitatione sit ipse incensus sic fit in nube fulgurante et aliquando intras poros terre et fricatus intedit ignem in materia sulphuris et auripigmenti. eodem autem modo videmus quod mouet aquam vndas eleuando in plana superficie maris. aliquem autem ex oppositio ventorum vnde obuiant vndis et sunt percellit altitudinis montium adequates et aliquem de terra plurimam aquam exsufflantes et facientes diluuium et submersiones terrarum. Eodem modo videmus quod percellit edificia et estructuras magnas et arbores et saxa ingentia. Si ergo omnia habet vapor ventus sibilat in superficie terre percipere potest non est dubium quin ventus ex vapore grosso in visceribus terre generatus possit mouere terram: et aliquando percellere quoniam fuerit plus confortatus. Adhuc autem probatur quod terremotus est ex vapore terrestri quod est principium ventus: sic diximus ex hoc quod terremotus est frequentius quam flant venti. Dico autem quoniam flant venti post terremotum: quod ante terremotum aura frequens solet esse quiescens sic ista determinabitur: non enim habet contrarium quod ventus flat

probat terram
esse in terremotu

probat terram esse in terremotu

probat terram esse in terremotu

probat terram esse in terremotu

post terremotum nisi hac de causa: quod materia terremotus subtiliata expirat de terra et calore solis attrahitur ad superficiem aeris et ibi est principium ventorum. constat autem quod materia autem eundem ventum terremotum facit. Adhuc autem signum huius est quod terremotus frequenter solet accidere in nocte quam in die. In nocte enim elongatur sol a superficie terre et ideo calor terre euocatur ad exteriora et non eleuat vaporem in intimis terre visceribus sed in nocte frigore noctis clauditur terre superficies et reducat calor ab ima sicut dicit Tractatus philosophus in libro de terremotu: et ideo in imis vaporum eleuatum multiplicat quod multiplicatus ante se eleuatum comprimit et coartat et tunc fit terremotus. Sed quoniam terremotus fit de die tunc frequenter fit in meridie vel in diluculo quoniam ille sunt horae in quibus multiplicatur multorum flatuum cuius causam dicit Tractatus quod aliqui vaporum in visceribus terre vel in superficie eleuatur est grossus frigidus: et si est in superficie terre tunc tangitur in diluculo radijs solis: et si pura firmitate aeris fuit detentus statim eleuatur usque ad locum aeris frigidum et ibi repercutitur et facit ventum. Si abundantior fuerit eius frigiditas non eleuabit ipsum ad locum generationis ventorum ubi est calor fortis et tunc fiet status in meridie. Si autem in visceribus terre et non multum in profundo: si potius in superiora terre stat sub loco solido per quem euaporare non potest et grossus frigidus tunc calor solis adueniens multiplicat eum materiam et facit ipsum moueri et si sit leui calore vel forte firmis quod magis vel minus est in terra profundatus et tunc iterum mouet terram firmis huius proportionem in diluculo vel in meridie: talis autem vapor non manet in aliquo tempore post meridiem eo quod tunc sol declinat ab eo et redit ad frigiditatem pristinam per quam immobilitatem et quiescit.

Capitulum vii. et de regressio declaratur quod quidam philosophi consentiunt et dissentiunt a predictis.

Lias autem quod Theophrastus Aristoteli insecutor et discipulus oino consentit cum dicitur. Artobelaus autem quod multa studiose rimatus est in omnibus: conuenit cum dicitur nisi quod ventum dicit aere motum et hec sunt eius verba in libro de ventis. venti in concauo terrarum deferuntur deinde ubi iam omnia spacia plena sunt et in quantum potuit aer densatus est is qui superuenit spiritus prioris premit et elidit ac frequenter plagis primo percutit deinde per turbat tunc ille querens locum omnia obstantia dimouet et claustra sua conatur effringere et sic evenit ut terra spiritu luctante et fugam querente moueatur. Theophrastus autem ut dictum est Aristoteli insecutor et discipulus sic dicit. Sempereuaporatio aliquid est ex terra quod non est arida modo humido mixta. hec autem euaporatio ab

infimo edita & in tñ elotā vt vltiorez lo-
cū in quē exeat nō habeat retro fert ac i se re-
uoluit: deinde rixa spūs reciprocatīs iactat
obstantia & siue interclusus ē siue pangusta
eimiffus motū ac tumultū facit. Straton at
p̄hs in phicis & moralibus multū excellētor
pluribus alijs. ponit hoc ex fuga calidi & fri-
gidi que cōcordiā fm naturā & morā insimul
nō habēt: & ideo supficiē terre occupante fri-
gore calor in interiora recipit & e cōuerso qñ
frigus ē intra calor ē in supficie: & ideo spūs
qui vehiculū harū est qualitatum in vna rece-
ptus cū alter ex hmoi cōtratorū supuenit su-
git & qñ collidunt magn⁹ fit ibi imperus ac
cōcussio: & in illa concussioe etiā terra tremit
& mouet: & hec est causa q̄ mugitus audī in
terre motu vētis in abdito tumultuantibus
huic etiā videt virgilius cōsentire dicēs nū-
q̄ sub pedibus mugire solū & iuga celsa mo-
ueri nisi hoc esset ventoz opus. Sūt alij qui
dā p̄hi quoz nomē nō inueni qui dicūt ven-
tū esse aerē pulsū: & sic in cozpoze nostro sunt
vie sanguinis que sunt: vene & vie spūs que
sunt arterie ita dicunt in terra esse naturales
vias aquaz & spūs qui ex arere circūq̄ in-
trāt in terrā sicut aut fit in homine qñ est bo-
ne valitudinis qd̄ vie sanguinis & spūs sunt
libere & si qñ intercipitur via sanguinis vel
spūs fit mala valitudo & sūt spuma & graui-
rates & cōmorioes mēbroz vbi spūs interci-
pit & sanguis & tandem rūpūnt ita dicūt fie-
ri in terra quādo valitudo elemētī terrestis
est. Si autē aliqñ intercipit cursus aque vel
spūs primo repellitur & retrosusus aliquando
egredit̄ cū tumultu & tremore. Si at̄ illa via
etiā ante p̄occupat̄ alio intrante tūc in se cō-
uertit̄ & tumultū facit & tandē rupturaz: hec
autē videt̄ esse opio Seneca nō q̄ velit ter-
rā aīal esse sed q̄ habitudinē talē fm naturaz
habet fm hoc qd̄ ordinat̄ ad generationem
mixtoz. Sūt autē alij paz ab his differētes
dicūt enim sub terra ventos flare i cauernis
sicut supra terras: p̄tingit autē qñ obuiare
aquis quas multas sub terra dicūt eē flatui
ventoz qui fm eos in rectū flant oēs: obuiā-
te aut aqua & in rectū flatū ventoz impediē-
te sursum ventū incendit cū in rectū nō pōt:
& ideo terrā eleuat & c̄cutit: orpheus aut̄ quē
longo post tpe secutus est possidonius dicit
quidē spū fieri terremotū sed hunc spm̄ dicit
esse terre spm̄ vitalē & nō vias: deos inferna-
les dicit enim nō posse fieri q̄ terra non ha-
beat spm̄ vitalē que oīa nascētia terre viui-
ficat: sicut apparet in plātis & floribus & me-
tallis & lapidibus & que superiora & maiora
se nutrit sicut solē & lunam & stellas humore

eleuato ab ip̄o: nō enī posset alijs dare actuz
vite nisi spm̄ vitalē haberet: viuere enim est
generare & alimēro vti: hic ergo spūs cuz in
offense sicut p̄ corpus terre quiescēs ē: cū aut̄
offendit in aliquod tumultuat & cōcurit vici-
na sibi: sicut etiā i aīali fit febris & tremor ali-
qua cā morbi vel debilitatis ascēdente in spū
Zethodorus aut̄ in idē cōsonat nisi q̄ di-
cit motū terre fieri alio quodā spū cū aqua in-
cidente in cauernas inferiores & p̄mēte spm̄
qui ē ibi. Parchas aut̄ p̄hs partim puenit
cū democrito prim cū archesilao: dicit aquā
esse cāz terremotus p̄ oēm eundē modū quo
supra explanatū ē in opione democriti & ali-
qñ dicit ventū esse cāz terremotus oī eodem
mō dicēs ventū eē aerē morū sicut dixit ar-
chelasis: & hūc inclusum & impeditū a libero
trāsitu eē cāz terremotus: aliqñ aut̄ dicit hec
duo sūt causare tremotū & tūc eici aquaz duo
bus violentiā aque inferētibz. s. aquā p̄ op-
positū obuiāte fluxu eius & ventus ex oppo-
sito cū aquis venientibus & aquā fortiter im-
pellētibz: & tūc dicit fieri inundationē vel
diluiū fm illius aque que eicit̄ quāritatem.
Sūt aut̄ p̄hi qui epycuri vel epycurei dicunt
tur eo q̄ supra alios vt sibi videt̄ curā de sci-
bilibus habuerūt & oīa ad causas visibiles &
corporeas p̄tulerūt: ita etiā vt deos dicerent
similes carni & sanguini & venis & ceteri mē-
bris aīaliū & illi arguūt oēs p̄hos q̄ aliqd̄ hoz
p̄ se dicūt causam terremotus dicūt enim oīa
debere dicere esse cāz: aliquando enim aqua
facit: & hoc quadruplici de causa fm ip̄os. s.
alluione paulatim infima p̄sumēdo: & tunc
causas sequit̄ supioz aut subito eradēdo fun-
damenta & deticiēdo sup edificata aut q̄ per
obstaculū fluxus sui sub terra diffundit̄ ad su-
periora circūagitat: aut q̄ sup polos & colū-
nas terre supioz stat sup cōcaua & cauernas
& illis subito inundās incidit aqua cū impe-
tu & cōtudit colūnā & tūc ruūt in p̄ceps supe-
riora: facit aut̄ aliqñ ignis sicut dixit anax: &
tripliciter. s. egrediēs ex sublimi cū imp̄stōr-
bus humidi aut nat⁹ i imo ex fricatioe spūs
& cozpoz: & hoc p̄sumit sicut p̄sumit incēdio
domus & postea cadit: aut etiā quia in cauer-
nis eleuantur nubes humide: & in his spūs
qui incensus p̄ fulmen cū impetu egrediēs p̄-
cutit colūnas & fulcimenta quibus superior
terra innititur sicut percutit fulgur d̄ nube: &
ita cadit pars terre superior: aliquando aut̄
hoc facit spūs quadrupliciter. s. in se reflexus
cum habet obstaculuz nec liberas vias inue-
nit: aut quia impetu p̄uellit & ruere facit: aut
quia latas aquas que sub terra stagnāt & ve-
lut mare efficiuntur vel paludes subterrane-

as verus percutit que repercussio terram movent et a igni deiciunt: et quia oppositum ventus infernales in aquis sibi ex opposito conveniunt obuiantibus et adiacentia et resistentia deiciunt per modum qui superius dictus est: hec ergo sunt que de libris philosophorum de natura terremotus possunt colligi: quidam enim de terremotum loquentes similia his dicunt.

Capitulum viij. et est digressio ad improbandum opinioniones dictas de terremotu.

Admonia autem que dicta sunt de terremotu summatim colligendo intelligimus quod omnes fere philosophi in hoc concordant quod terremotus causatur a vento in terra concluso. Unde autem ventus sit aer motus vel non habitum est in tractatu precedente: et ideo de hoc non loquimur hic. Similiter de opinione orphei qui spiritum vitale esse aerem et ipsum esse plenum deus et aiaibus et attrahi aiaibus per spirationem aure et veterum secundum aliquod disputatio pertinet ad scientiam de anima: sed hec tamen oportet dicere quod secundum dicta sua contingit terremotus equaliter in omni loco cum in omni loco contingat terram fieri male habitudinis. Adhuc autem oportet quod in desertis et locis sterilibus semper tremere: quod ibi predicatur ab ea spiritus vitalis eo quod nihil ibi vivificet. Adhuc autem spiritus vitalis non exaret cum impetu in exsufflatione vehementi: nunquam ergo philosophus orpheum in terremotu expirat fortis ventus cum irruptione loci ex sufflatione aeris vel aqua quod falsum est sicut probatur infra. Amplius cum spiritus ille secundum orpheum sit aereus non relinqueret post se nubes negras in celo: quales sepe videmus relinquere post terremotus: et hoc quantum ad presentem speculationem dicta sunt contra orpheum. Quod autem epicurus arguit ponens unam causam terremotus dicens multas et simul et singillatim non bene videtur habere: non enim possibile est ut unius effectus habet spiritum in natura sint cause plures essentielles: terremotus autem unus est effectus et in natura et in specie: habebit ergo unam causam essentialis que est materia eius quod movet terram et concutit. Adhuc autem non est possibile quod unius secundum spiritum et operationem differentis tamen secundum locum materia essentialis sit differentes. Sed percussio corpora simplicia in superficie terre et concuties ea in terra profundo est unum secundum spiritum et operationem: ergo oportet quod utriusque sit materia essentialis: est autem essentialis materia concuties corpora in superficie terre vapor terrestris ut supra est probatum. est ergo essentialis materia etiam concuties terram in terremotu: vapor terrestris concedatur epicuro quod est a vento sicut a causa materiali eius quod terram movet. Sed aqua non est materia eius sed accidentaliter operatur ad terremotum provocans fo-

ramina per que redire vel indirectum flare debuit ventus terram concuties. Quod autem epicurus ignem esse causam terremotus dicit non est verum nisi per accidens. Si enim ex igne numeretur loca vicina forte fieret ruina circumiacentis terre. Sed talis ruina non vocatur terremotus et de hoc supra est disputatum. Similiter non est verum quod dicit de fulminibus subterraneis eo quod non elevari sub terra nisi vapor grossus inclusus in vapore humido neque ibi talis expulsio calidi et frigidi ad loca multum inter se distantia sicut est in aere qui diversarum est regionum: quod elementum spiritum huius subitam non patitur expulsiorem. Adhuc autem si omnia ea essent sub terra de his impressionibus que sunt super terram oportet quod causa efficax esset vis solis et stellarum sub terra sicut est supra terram: quod non potest esse verum cum omnis agens fortior sit effectus in eo ad quod liberius transit actio eius quam in eo ad quod transit per multa media et non libere. Adhuc autem non esset ratio quare essent ibi impressiones elementorum equales superius et non essent ibi etiam generationes aliorum superioribus equales: cum tamen non dicimus ibi generari nisi ea in quibus vincit terra et mineralia et lapides: hec ergo dicta sunt de secta epicureorum.

Capitulum ix. ubi et quando potissime fit terremotus.

Incipiamus autem nunc quando precipue solet fieri terremotus et in quibus locis una ergo de dispositionibus loci terremotus est quod fit vehementer in locis in quibus fortis percussio et aggregatio undarum siue percussio maris et ubi sunt cavernae multe et latera cavernarum sunt molles terre. In talibus enim locis magis frequentius coartatur ventus quam in aliis locis. In locis enim concavis ad que venit percussio percussio maris ibi ex percussio percussio ventum in se ventus recludit et multiplicat et ex huiusmodi re maris ille redeundi includuntur: et tunc multiplicatus movet locum qui est in circuitu. In locis autem cavernosis recipitur undarum ventus per viam terre veniens: cuius signum est quod cavernae subterraneae apte semper ventum expirat: receptus autem in cavernis redire non poterit propter alium ventum obstantem et ita multiplicatur in caverna tandem movet cavernam locus autem mollis est qui dividitur et moveri potest. Soliditas enim lapidis si sit magna moveri et dividitur non potest. Similiter terra sicca porosa est et paulatim expirat quod est in ea de vapore terrestris. Sed mollis terra est que in profundo et in superficie insulam habet humiditate opilata poros eius tamen solidam non est: et ideo ventum in caverna claudit ne expiret et facile moveri poterit. Si autem dicte terre dispartes in aliquo conerint tunc ille locus frequentius habebit terre

motu. Si aut pauciores fuerint fm hoc bim
nuc̄ terremotus in loco illo : sunt aut̄ sicut i
loco ita etiā in tpe terremotus plures cōditi
ones p̄siderāde: cōter enim loquēdo de tpe
terremotus. In vere aut̄ et in autūno frequē
rius fit terremotus: tēpus aut̄ fm̄ aeris qua
litate opaf̄ ad terremotū qd̄ ē multaz̄ pluuiā
rū: et etiā tēpus sicce cōplexiōis: eo qd̄ status
vētōz̄ subterraneoz̄ plus ē in t̄pibus dictis
q̄ in tēpo: ibi alij. Cā aut̄ hui⁹ ē qd̄ in vere si
cut in p̄cedēte tractatu diximus liq̄scent ni
ues et frigus adhuc stringit terre sup̄ficiē: et
ideo nō sinit euapare id qd̄ ē in viscerib⁹ ter
re clusū. Signū aut̄ hui⁹ ē qd̄ in vere pluri
ma fit euaporatio ad radices plantaz̄: et ideo
tūc pullulāt multiplicatis ergo euaporatiōi
bus sub terra solis calore ppellūt ad loca ca
uernosa et ibi multiplicat̄ et terrā pulsant. In
autūno aut̄ p̄pter declinationē solis et calo
ris euaporatio grossa fit a terra: et qz̄ terra su
pra arida ē ex calore solis p̄cedente qui resol
uit humidū: ideo in imo terre remāsit humi
dū terrā p̄tinuās tm̄: et ideo euaporat in ven
tū: signū aut̄ huius ē qd̄ in autūno flant venti
fortes et multi: cū ergo euaporatio illa in ter
ra tenet et detrahūt ad loca cauernosa: et ibi
multiplicat̄ p̄tinue ad generatā sibi materiā
mouet et impellit terrā. In tpe aut̄ multe plu
uie nō fit terremotus ex vētō qui tunc gene
ret̄: sed potius ex vētis pus generatis eo qd̄
pori terre p̄ pluuiā claudunt et vētus ante ri
uos aquaz̄ in terra ad loca cauernosa ppelli
tur: et cum vlt̄erius cedere nō poterit in se tu
multuando cōuertit̄ et locū incipit impellere
tēpus aut̄ sicce cōplexiōis ē tēpus caliduz̄ et
hoc exsiccat humidū aqueū: ita qd̄ nō rema
net aliqd̄ de ip̄o nisi ad cōtinuationē terre p
tinet: et hoc frigus et calor in puluere vertit i
sup̄ficie et in p̄fundo euaporare facit in vētū
qui p̄tinue ad generatā materiā ppellit vn⁹
ventus ab alio ad loca cauernosa et tñ redire
nō liceat p̄pter sequentē vētū qui impellit p̄
cedētē: et ideo ibi tumultuās dimouet locū et
cōcurit: et ideo sp̄aliē hec tpa faciūt terre mo
tū: et si plura istoz̄ cōueniūt in vno tpe tūc cer
tius erit signū futuri terremotus et p̄nosticās
terremotū nō in vno signo: sed i multis t̄pis
et loci signis debet accipere iudiciū terremot⁹
et nec adhuc certitudinalit̄ p̄dicat sed opinā
do sicut ex cōiecturis. Rarissime aut̄ fit ter
remot⁹ in estate et in hyeme eo qd̄ ē vehemēs
calor et vehemēs frig⁹ abscedūt māz̄ ventoz̄
nisi aliqd̄ loci opet̄ in t̄rium: sicut dixim⁹ in
tractatu p̄cedētī vbi locuti fuimus de vētis:
calor enī p̄sumēdo humidū incinerat terrā et
apit vndiq̄ poros ei⁹ ita qd̄ nihil retinere in

ip̄a et in sup̄ficie ei⁹ quasi nihil euapat: et ideo
abscedit vētus. Si tñ eēt humidū fluēs clau
dēs poros terre et vētus mult⁹ in p̄fundo tūc
calor multus moueret ventū et rūper locū: qz̄
euaporatio subtiliata locuz̄ querer̄ maioris
capacitatis et ad aliū locū p̄p̄ humidū clau
dēs poros declinare nō posset: talis autē ter
remotus esset cū ruptura magni soni sicut so
n⁹ tonitruū vlt̄ v̄tris fracti: cōtra autē ē et ma
gnū frigus abscedit vētus eo qd̄ cōp̄imit p̄e
cū p̄re: et talis cōp̄ressio impedit euaporatio
nē: si aut̄ vētus iā sit generatus in v̄tre ter
re ille multiplicat̄ et includit in tpe aspiratis
hyemis ex calore a sup̄ficie terre ad vnū re
flexa: et ille p̄t̄ efficere terremotuz̄: eodē mō
si estas sit autūnalis aure vel vernal̄ p̄p̄ ali
quē respectū stellaz̄ et si hyems sit vernal̄ vlt̄
autūnalis nihil p̄hibet fieri terremotū i hye
me et estate. et hac de cā maxime et diu duran
te vidimus terremotū in lombardia sole ex
istēte in signo cap̄corni et erat in plurib⁹ ciui
tatib⁹ illius regiōis et frequētius venit circa
mediā noctē et postea quieuit. Terremotus
generalit̄ loquēdo ē in tpe sup̄ qd̄ venit sicca
tas et in tpe sup̄ qd̄ venit humiditas: et cōf̄
loquēdo plus ē in tpe sicco q̄ humido: qz̄ va
por siccus qui ē mā vētōz̄ plus generat̄ i tpe
sicco q̄ humido dūmō sit in terra vapor sus
ficiēs p̄tinuare euaporationē: in tpe aut̄ hūi
do fit p̄ accidēs terremot⁹ qm̄ mā venti faci
ens terremotū nō generat̄ multū sed qm̄ mul
tiplicat̄ hūiditas in terra ingrossat̄ humidi
tas pluuiāz̄ p̄p̄ frig⁹ terre. et qz̄ sepat̄ ab ea
aereū qd̄ fuit in ea qm̄ descēdit ab alto: et ideo
opilat vias et poros p̄ quos h̄z̄ exiit vapor
terre: et ideo vapor delat⁹ a duersis terre p̄ti
b⁹ ad locū vnū coartat̄ multiplicat̄ in seip̄so
et iō agitaf̄ de latere cauerne vno i aliū et illa
agitatiōe dimouet locū et sic fit terremotus.

Capitulū. x. de modis terremot⁹ in quo ē
digressio de sp̄eb⁹ terremot⁹ fm̄ possidoniū.

Qdi terremot⁹ sunt duo: qd̄ enī ter
remot⁹ ē p̄ modū tremoris i quo ter
ra recedit frequēt a situ suo et redit
ad eūdē: ali⁹ aut̄ ē sicut magn⁹ sonus corpōz̄
p̄fricatū ad inuicē in aere et ē son⁹ fractiuus
et iste nūq̄ ē sine scissura loci inferioris vel ex
terioris: accidit aut̄ hec diuersitas ex diuersi
tate agitatiōis v̄tri occulti in terra: qz̄ sicut
accidit tremor i venis aialū ex hūore dissol
uētē organū vlt̄ ex v̄tositate extrudētē ip̄m
ex situ p̄p̄riū et v̄tute reducētē ip̄m in situ nā
lē et fit tremor: ita diu donec v̄t⁹ expellit ven
tositate a mēbro ita fit in loco qm̄ enī ē v̄tō
sitas nō multa incertū h̄z̄ motū et trem̄it do
nec inuenit locū quo diuertat vlt̄ p̄ quē exeat

quoniam autem magna est et sicca et sicca et corpora et
frangit ipsa et excitat sonum fracturam et huiusmodi ex
emplum est de vetustate sicca in veteri bois co
elusa: hoc enim quoniam est pua tremore facit viscerum
quoniam autem multa et sicca exit cum sono et diuidit su
perfluitate sicca sibi obuiantes: vel quoniam exit
ipsum cum exitu suo. De modis autem tremo
tus ita dicit possidonium philosophus duo genera sunt
motus quibus mouetur terra vtriusque nomen p
prium: alter successio est cum terra equaliter et sursum
ac deorsum mouetur: alter est inclinatio cum mittat
de vno latere in aliud nauigij more. His autem
generibus Seneca dicit addendum est tertium quod
est dictum ab antiquis tremor terre cum terra qua
rit eo modo quo hoies quacumque tangere frigo
re et quasi palisi dissoluerent membra. Causas au
tem istorum Seneca dicit in genere esse duas qua
rum vna est casus magnorum corporum et altera est im
peditus spiritus in terra et clusi ut superius est ex
planatum. Asclepyadocus enim philosophus per simile p
bat casum et ruinam esse causam tremotus: quoniam cum ro
te currum et redas maiores dant saltus in ter
ra dura et aspera vel super lapides non eque po
situs sentit terra tremere. Sicut si magna ru
pes aliquando de modo cum impetu cadit edificia
vicina quacumque et cadunt aliquando eodem modo cum
cauerna sit terra subtrus si de sublimi soluitur
massa aliqua et in profundum cauerne deiciatur
coccum terra in circuitu et si fulcimenta cauer
narum ruunt etiam terra superius. Sed ista terre
coccussio momentanea est et parum durat. Casus
autem siue ruine causa duplex est ceterum loquendo. scilicet
fio ex siccitate pueniens aut etiam corrosio ex co
tinua abrasione flumis vel aqua ibi traesuntis. Ali
ud autem genus multiplicat valde et diu durat
aliquando secundum quod est quantitas spiritus inclusi et secundum quod
fortior et debilio: est locus qui claudit ipsum: tunc
inclinatio periculosior est: quoniam illa trahit terram ver
sus cauernam in vna parte et in illa frequenter fit
casus in cauernam in parte qua inclinatur et subuer
sio terre in altera parte in qua fit eleuatio. Si
autem modo inclinatur ad vnam partem et modo ad aliam. Si
gnum est quod in vtraque parte cauerna fit in medio
fulcrum sustentans terram et ea que sunt super ipsum: et si
sit spiritus adeo fortis quod fulcrum deiciatur erit ca
sus in voragine ex vtraque parte: et ideo psilium
sapientium est quod si aliquando tremotus talis in ali
qua ciuitate apparuit quod relinquatur quoniam ruine est
obnoxia et precipue si aqua aliquando in tremotu ap
paruerint: quoniam ille alluione continua deiciunt
fulcra que terram supra cauernas sustentant: tremor
autem causatur ex incerto spiritus motu ut diximus:
nec est credendum quibusdam philosophis qui secuti sunt py
thagoram dicentes terram esse aial et in tremotu
tremere frigore et calore febrium quoniam calido vel
frigido ultra complexionem suam terra alteratur.

Capitulum xi. de signis concomitantibus
terremorum.

Quod autem ventus subterraneus faci
at tremotum signis probatur tremotum
concomitantibus et subsequenter ipsum et p
cedentibus eum et nos de concomitantibus prius dice
mus eo quod tremotui magis sunt coniuncta. Si
gnum autem vnum quod frequentius concomitat tremo
tum est sonus qui non quiescit aliquando donec terra
sic scissa et tunc exiret veterum cum sono magno: hoc
autem probatur hystorie veterum: quoniam tempore regis herculi
fuit tremotus in quibusdam insulis que noia
bantur tunc aulys et ylli que sicce erant iuxta corin
thum fuitque tremotus a finibus vltimis illa
rum insularum: et collectus est vetus subterraneus
in vnum locum eleuauit ipsum ad altitudinem collis
et cum multiplicaret in colle illo veterum colle
ctio tandem tumor collis ruptus est: et exiit inde
vetus validus qui tunc cineris exsufflauit de
colle super ciuitatem vicinam quod destrinxit eam et op
pressit sicut apparuit longo tempore post quoniam regna
uit Alex. filius philippi macedonis audiebat
autem tunc sonus ante tremotum in illo loco et i
eritu veteri de colle. cuius causa est quod ventus colli
debat ex impulsione maris vndique percutiens
insulas illas et ex collisione veterum in cauernis
terre ad corpora solida causabatur sonus ille
cuius vero cineris fuit: quod caliditas que eleuauit
vapore illum et mouet: fortata fuit ex percussio
ne frigiditatis maris: et cum clausa esset et con
gregata combustit ea que erant in circuitu ca
uerne et redegit ea in cinerem exsufflauit ipsius
ita ut ibi fuisset materia sulphuris et auri pigmen
ti fuisset incendium in loco illo: et si fuisset ibi la
cuna vel stagnum frigidum fuisset vehementer spif
sum et saluum et amarum sicut amare mortuum quod est in
palestina. Scias autem quod sonus qui est in terre
motu variatur. Sed ut multum quoniam huiusmodi dicitur
aliquando enim est sicut sonus aeris inundantis ex m
to veterum: et hoc fit quoniam cauerne sunt magne et va
porum adhuc non multum se comprimunt. aliquando autem so
nus est sublatius: et hoc est quoniam vapor expressus p
puos riuulos moueri cum impetu compellit. ali
quando autem est sonus collisionis: et hoc fit quoniam corpa
dura forti veterum comota se collidunt adinuicem.
Aliquando autem sonus fractiuus: et hoc fit quoniam retine
ri amplius vapor non potest: sed incipit frangere
obstacula et querere exitum: primum autem et secundus
sonus ante tremotum sunt et primum quod est in princi
pio motus materie veterum. Secundus autem in
augmento. Tertius autem est in ipso tremotu
Quartus in consumatione eius. et attendendum est
quod alii omnes isti soni sunt in vno tremotu ali
quando autem non: et tunc aliquando sunt tres ex eis aliquando
autem duo et aliquando vnus.

Capitulum xij. de tenebrositate solis que se

quif terremotū: in quo est digressio de cā pe
silentie que terremotū sequi cōsuevit.

Ignā vero sequētia terremotūz &
pbatia q̄ terremotū causat a vento
sūt plura sed tū qd̄ frequētī magnū
eēt terremotū ē tenebrositas solis p̄ nubes ni
gras in aere stātes: cū enī terremotus causet̄
ex vapore grosso terrestri fumoso: oportet q̄
vapor ille sit fulliginosus: & ideo est nigerrī
mus & spissus: & ideo cū egressus est de terra
tales facit nubes: calor autē solis rāgēs eū ele
uat & attrahit eū: & ideo opponit̄ soli & deni
grat ipm̄: aut etiā in toto facit inuisibile: qm̄
si multus spissus fuerit nō p̄it radij solis pe
nerare p̄ ipm̄: & tūc sol erit inuisibilis sub ip̄o.
Si autē vapor sit nō adunatus & spissatus in
nubē sed sp̄sus tūc in superficie eleuat terre ml̄
tū puluerē. Si sicca terra fuerit ante terremo
tū: & tūc obfuscat aerē inferiorē: & facit eum
spissū & nigrū quasi sit nebula sicca nō aduna
ta. & tūc sol & luna & stelle apparēt p̄ h̄mōi ae
rē sicut sanguis ad nigredinez vergēs: scias
etiā q̄ frequentē pestilētia & p̄cipue omnez se
quit̄ terremotū: vapor enī inclusus & p̄uatus
sic luce & aere libero grosso ē habēs quasi ve
neni māz: & ideo aialia interficit p̄cipue q̄ ter
re quasi semper p̄rimos conēt sicut oues: qz
anteq̄ totus erūpat vapor p̄ plures dies sem
per aliqd̄ ei paulatī p̄ poros terre euadit & le
dit aialia: p̄stū in loco terremotus accipien
tia & cōtinue os iuxta terrā habentia: qz ex h̄
quasi p̄rinque hauriūt vaporē venenosū: & iō
narrat Seneca q̄ in terremotu cāpano q̄ fu
it tpe neronis impatoris in pōpeyana regio
ne grex sexcētarū ouīū mortuus fuit & boies
& aialia alia semp̄ pereunt si p̄pe fuissent & ex
traxissent p̄ respirationē vaporē illū pestiferū
ego autē vidi in paduana ciuitate libardie q̄
puteū ab antiquo tpe clausus inuēt̄ fuit q̄ cū
apperiret̄ & qd̄ intraret ad purgādū puteūz
mortuus fuit ex vapore cauerne illius & sicut
mortuū ē secundus: & tertiū voluit scire quare
duo moras ageret̄ inclināt̄ ad i puteū adeo
debilitat̄ ē q̄ spacio duoz̄ diez̄ vix redijt ad
seipm̄. cū autē expirasset vapor putrefactus i
puteo factus ē bonus & potabilis.

Capitulū. xij. de signis antecedētib̄ ter
remotū p̄ que pbat cā eius esse ventum.

Ignā autē pcedētia terremotū p̄ que
pbat cā terremotus sūt plura: quoz̄
vnū ē q̄ vētus in superficie terre ante
terremotū ē quietus: & secūdu ē q̄ aer an̄ ter
remotū p̄ime futuz̄ ē frigus: cessatio venti
in terre superficie ē ad hoc q̄ mā ventoz̄ tota
ferit in p̄funduz̄ terre & quasi nihil eius expi
rat de terra eo q̄ cauerne locoz̄ illoz̄ totū i

se claudūt vaporē qui si non inueniret cauer
nas p̄ ingeret ad superficie terre & expiraret &
faceret ventū in superficie terre: hoc autē signū
sic accipiendū ē q̄ sit quies a vētis tpe & loco
q̄n̄ & vbi multi vēti s̄m nāz causant: tūc enīz
neceffe ē q̄ ideo quiescāt: qz claudūt in terra
& erūpūt aliqñ terremotu alit̄ enī signum nō
eēt si eēt alie cāe abscissiois vētoz̄. Unde
de hoc dicit Seneca cū terremotus futurus
ē p̄cedit aeris trāquillitas: & hoc ē qz tbi sp̄s
qui cōcitare ventos solet in inferni sede reti
net. Il tūc qz cū terremotū in cāpania fuit q̄
uis hyberno tpe & i quieto p̄ plures dies aer
celo stetit signū istud fallibile ē & ideo subiun
git Seneca. Quid ergo nūq̄ flāt vēto ter
